* L. Ironia.
*Mu.* [ *Et quidem iſtæc, quæ eſt apud te* ], xſiſij.
Poteſtxċr ] *à ſuperiore verſu pendere*, ſſiſip.
*Al.* [ *deſponderim,* ] Cſſiſp.

C. * *[Immo" hæc, quæ" apud te eſt,] Clitiphônis eſt* ſſiſij
*Amîca.* M. *ita aiunt?* C. *& tu credis?* M. *ómnia.* ijſſip
C. *[Et] illûm aiunt velle vxôrem, ut cùm [ſpopónderim,]* {Cſſip 2
*Des qui aurum ac veſtem, átque ália, quæ opus ſunt, cómparet.* ſſdaſp
M. *Id eſt profécto; id amica dábitur.* C. *ſcilicet* liadſp
*Datûrum.* M. *[vah, fruſtra ígitur gauîſus] míſer.* iſdſp

L. *Daturum*, ſub. ſcias, per eclipſin.

*Mu.* [ *ah, fruſtra igitur gauiſus ſum,* ] iſaſip.

*Quiduis tamen iam malo, quàm hunc amíttere.* ſiſiſp
*Quid nunc renúntiem abs te reſpônſum Chreme,* ſiſſi
*Ne ſéntiat me ſenſiſſe, atque ægrè ferat?* ſiſſp
C. * *Aegré! nímiùm illi Menedême indúlges.* M. *ſine;* ſadſp

* Corripit patrem de nimia indulgentia. L Repetitio eiuſdem verbi ad indignationé obiurgantis.

*Incœptum eſt: pérfice hoc mihi perpétuò Chreme.* ſſiaal
C. *Dic conueníſſe, egíſſe te de núptiis.* ſſiſi
M. *Dicam: quid déinde?* C. *me factûrum eſſe ómnia.* ſſiſp
*Génerum placêre: poſtrémò étiam ſi voles,* ai idſi
* *[Deſpônſam] quoque eſſe dícito.* M. *hem, iſtuc volúeram.* ſxijdp

* C. Hoc mirificè placebit Cliniæ.

G. [ *Sponſam* ], ſijidp.

C. * *Tantò ócyùs te ut poſcat, & tu id quod cupis,* ſiſiſp
*Quàm ocyſſimè ut des.* M. *cúpio.* C. * *na, tu propédiem* ſidſdp
*(Vt iſtam rem vídeo) iſtîus obſaturábere.* ſſaaap

* V. Suadet ab occaſione & facili.
* L. Prædictio ominantis, & mox conſilium.

*Sed hæc [utut] ſunt, cautim, & paulâtim dabis,* iiſſp
*Si ſápies.* M. *fáciam.* C. *abi intró: vidè quid póſtulent.* {ddiſa ddid
*Ego domi ero, ſi quid me voles.* M. *ſanè volo:* aiſiſi
*Nam [te ſciênte fáciam] quicquid égero.* ſibſij

R. *Al.* [ *ita ut* ], *ſed perperam*, ijſſſp.

*Mu.* [ *te ſcientem faciam:* ] *pro, te cōſulam te certiorem faciam*, ſidſij.

## ACT. V. SCEN. I.

ARG. C Quia iam ad exitum properat fabula, fallacia detegitur per Menedemum. Is enim ad Chremetem iterum prodit, poſtquàm filio futuras eſſe nuptias annuntiarat. ... verò eſt valde, quòd nihil iſtorum quæ Chremes futura prædixerat, intellexerit conari...

llum & ſeruum. Narrat igitur Chremeti totum negotium ordine, & audita & viſa in ſuis ædibus. Sed inter narrandum Chremetem ſubinde exagitat non ſine ſuauitate, diſſimulans ſe intelligere negotium, & quaſi confirmans opinionem patris de Clitiphone. Ad extremum autem, ſignorum commemoratione eò perducit eum, vt fateatur Chremes ſe turpiſsimè falſum eſſe. Sic re ipſa cognita multò impotentiùs filio iraſcitur, quàm anteà Menedemus. Sed hic illum reuocat, & admonet vt ſuorum ſit præceptorum memor, de non obiurgandis nimiùm liberis. Poſteà negotium expeditur de nuptiis, atque fit deniquè epitaſis rerũ Clitiphonis diuturnior, & aliud conſilium initur, vt adoleſcens à Bacchide abſtrahatur. Eſt admodũ miſta. Prima pars eſt cõuitiatoria, ſed planè εἰρωνικὴ. Deinde eſt μεμπτικὴ, cùm ſe ipſum increpat errore cognito, & non ſine χετλιασμῷ. Eſt & παραμυθητικὴ ob conſolationem Menedemi. Poſtremò eſt συμβουλετική. *Theſes.* 1 In alienis oculatiores ſunt, in ſuis cæcutiunt. 2 Præceps abit ductus aut ira aut nimio amore. 3 In vtraque fortuna amicorum conſilio opus eſt. 4 Obiurgator non eſt ferendus, qui in alio vitium reprehendit, in quo ipſe deprehenditur. M Quoſdam rebus alienis rectè proſpicere, ſuis autem malè, docet hæc ſcena. Quiuis nanque aliena deſpicit nullo affectu impeditus, ſed liberè iudicans. In re autem propria fertur præceps, ira ductus, aut amore nimio. Quapropter tam in ſecundis rebus, quàm ad voluptatem fluentibus, amicorum conſilio opus eſt, & illorum authoritati plurimùm tribuendum eſt, ne id in nobis deprehendatur, quod ipſi in aliis comprehendimus. Quapropter Cicero in prima Actione contra Verrem ſic ait, Nihil eſt quod minùs ferendum ſit, quàm rationem vitæ ab altero repoſcere eum, qui non poſsit ſuæ reddere. Et in quinta ſic ait, Omnia poſtremò quæ vindicaris in altero, tibiipſi vehemẽter fugienda ſunt. Etenim nõ modò accuſator, ſed ne obiurgator quidẽ ferẽdus eſt is, qui quod in alio vitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. *Verſ. gen. Quatuor & triginta primi, & ſexageſimusſeptimus cum ſequentibus ad finem vſque ſcenæ ſunt trochaici tetr. cat. Reliqui ſunt ſenarij ſiue iambici trim. acat. nempè triceſimusquintus cum vno & triginta ſequentibus.*

## MENEDEMVS. CHREMES.

aſſbiſt- EGO *me non tam aſtûtum, neque ita perſpicâcem eſſe, [id] ſcio:* *E. Al. [certò], G quod verſui repugnat.*

aſabſſt- *Sed hic adiûtor meus, & mónitor, & præmonſtrâtor Chremes,* *Poteſt hic cenſeri iambicus, iſddiſſi.*

dſſſtv *Hoc mihi præſtat: in me quiduis harum rerum cónuenit,*

ſſſatv *Quæ ſunt dicta in ſtultum, * caudex, ſtipes, áſinus, plúmbeus:*

ſtdiſatv atſb *In illum nil poteſt: nam exúperat ĕius [ſtultítia, hæc ómnia.]*

ataſſtv C. *Ohe. iam déſine deos vxor gratulândo obtúndere,*

ſſſxat. ſſſaſ *Tŭam eſſe inuêntam gnatam: * niſi [illŏs ex tŭo] ingénio iúdicas* *Mu. [ilos tuo ex] A ſed verſus non ſanatur, ſſſaſat-: vel ſſſaſat-.*

ſſſbaſt- ſſ *Vt nĭhil credas intellígere, niſi idem dictum eſt cénties.*

Facetũ exordium ſtultitiã Chremetis declaraturum. L & totum ironicum eſt.

*Conuitia in ſtultum. L Metaphoræ prouerbiales in ſtupidos & parũ intelligentes.

*Mu. [ſtultitia omnia hæc.]* ſtſbſdt- *: vel* ătſbſdt- *: vel* iſidiſai. *Al. [aſtutia omnia hæc.]* A ſtſbxtt-. *& eliſò l in [illŭ] atque ŏ in [eius],* atſbſtt-.

* Ingeniũ Soſtratæ ſtupidũ notat. L. Faceta ironia.

G. [interim quid] æxſſſt-: vel eliſo d in [Sed] & in [quid], tſſſſt-. Mu. [Sed quid iamdudũ interim illic gn.] ſſtſſit-.

*Gaudium de aduentu ſenis.

Mu. [nuntiaſtin?] dtſſttv.

Sed [quid interim] illic iandûdum gnatus ceſſat cum Syro? {tſſſ td}

M. Quos ais hómines Chreme ceſſâre? C.* [ēhem,] Menedême áduenis! Mu. [h em.] {tbtſ tbtſ}

Dic mihi Cliniæ, quæ dixi, [nuntiaſtíne?] M. ómnia. dtſſtv

C. Quid ait? M. gaudêre ádeò occœpit, quaſi qui cúpiunt núptias. aſaſat

* Interiectio profuſi cachinni.

C.* Ha", ha", hæ. M. quid riſiſti! C. ſerui venêre in mentem Syri aſſſt-

* L. Amplificatio à minôri. nã ſi voltus, quantò magis animos?

Fingit, Metaphora à figulis.

Veterator, qui vetus eſt in aſtutia.

Calliditátes. M. itáne! C.* voltus quoque hóminum fingit ſcelus. dſbſbſt

M. Gnatus quòd ſe aſſímulat lætum, id dicis? C. id. M. [idem] iſtuc mihi R. Al. [itidem], ſſaſdat-. ſſaſat-

Venit in mentem. C. veterâtor. M. magis", ſi magis" noris, putes {tſdſſt tſdſa}

G. [prius hoc], aбſſxбt: vel aſſiaſt-: & [prius] diſyllabo remanente, aſſiʊſt-

G. [ſponſam nuntiaſti filio ſcio], ſaaſбtt-. vel ſic ſaaſſt-, ut [nuntiaſti] ſit triſyllabum.

G. [uti], ſſidſtt-.

Mu. [aurum, atque ancillas opus eſſe, argentum ut dares]. ſſſaſt-.

Al. [&], ſſttſſt-: ubi [nihil] monoſyllabum eſt.

Ita rem eſſe. C. ăin' tu! M. quin tu auſcúlta. C. mane, [hoc priùs] ſcire éxpeto, {aбſſaſt aſſſaſ}

Quid perdíderis. nam ubi [deſpônſam nuntiáſti fílio,] ſaaſſt-

Contínuò iniecíſſe verba tibi Dromônem, ſcílicet dſtbſſv

Sponſæ veſtem, aurum, ancillas, opus eſſe argéntum" [vt] dares. ſſdſt-

M. Non. C. quid non! M. non inquam. C. [neque] ipſe gnatus! M. nihil prorſus Chreme. ſſſaſбt-

Magis vnum étiam inſtâre, vt hódie conficerêntur núptiæ. aatadſt-

C. Mira narras. quid Syrus mĕus! ne is quidẽ quicquam! M. nihil. {tſtʌſſt tſſ}

C. Quámobrem! M. néſcio équidem: ſed te miror, * qui ália tam planè ſcias: {ataſſſ adſſaſ}

* C. Faceta & pulchra ironia in eũ qui deceptus eſt.

Sed" [ille tuus] quoque Syrus idem mirè finxit fílium. {aabſſſ dt}

Mu. [ille tuum]. G. [Syrus ille tuum quoque], ddtſſſtv: vel [tuum Syrus ille quoque], tddſſtv: vel [tuum quoque ille idem Syrus], ttſxſſtv: & eliſo s in [Syrus] ttſdſſtv.

Vt ne

ſſabtſt- ſſdr Vt ne [paúlulum quidem'] ſubóleat [eſſe amîcam] hanc Cliniæ. *Mu.[amicā eſſe], ^ſed verſus ita non ſanatur, ſt x baſt-.*

attſſia- attſſt C. Quid ais! M. * mitto iam oſculári, atque amplexári: id nihil puto.

atdſtſt ſt C. Quid' eſt, quod ámpliùs ſimulêtur? M. vah. C. quid eſt! M. audi modó.

tſtſt- * Eſt mihi v'ltimis conclâue in ǽdibus quoddam retro:

ſſſſt- Huc eſt intrò latus lectus, veſtiméntis ſtratus eſt:

ſſſat- C. Quid poſtquàm hoc eſt factum? M. dictum, factum: huc ábijt Clítipho.

ſbſtſt- C. Solus! M. ſolus. C. tímeo. M. Bacchis conſecûta eſt ílico.

tbatatv C. Sola! M. * ſola. C. péri). M. vbi abiêre intrò, operuêre óſtium. C. hem,

tdtſſtv Clínia hæc fíeri vidêbat? M. quid ni! [mecum vnà] ſimul.

xijdſi ſ C.* Fílij eſt amîca Bacchis Menedême: óccidi.

aiſdp M. Quámobrem! C. * decem diêrum vix mihi eſt família.

ſ dſi ſi M. * Quid' !iſtuc times, quòd [ille óperā amico] dat ſuo! *Mu.[operam amico ille],* ſi=ſij: vel ſibſij.

ſaſiai C.* Immo quòd amicæ. M. ſi dat. C. an dúbium id tibi eſt!

dſſſi [Quenquam ánimo tam commúni] eſſe aut leni putas,

ſaſadi Qui ſe vidênte amîcam * patiâtur [ſuam!] M. ha'' ha'', hæ. *Glareanus tollit [ſuā]*, iidai. *nā in [ha, ha, hæ] nihil eliditur.*

ſbiſi Quídni, quò verba facíliùs dentur mihi?

ſdddſi C. Derídes! méritò mihi nunc ego ſuccénſeo:

ſiaſſp Quot res dedêre, vbi poſſem perſentíſcere,

iaſſai id Niſi eſſem [lapis'] quæ vidi! væ míſero mihi.

ſijiſi [At ne illud haud inúltum (ſi viuo) ferent.]

ſdſſp * Nam iam. M. non tu te cóhibes! non te réſpicis!

G. *Hic erit hypercatalecticus, ſi creticus & amphibrachys non admittuntur, vel legēdum [paulū quid].* ſſtbtſt-.

* Occupatio. C color Rhetoricus. L præteritio ad augendum.

* Aperit fallaciam. L Narratio.

* Argumētū quintæ amoris lineæ, quod ſola cum ſolo fuerit.

*Mu.[vnà mecum]* tdtſſtv.

* Exclamatio dolentis intellecta filii nequitia.

* L. Extenuatio.

* Honeſta in re turpi inſultatio in ſenem.

* L. Correctio indignantis.

*R. Al.[Quēquámne animo tam comi],* ſaſſſi.

* C. *Pat. ſuam*, Subaudi Subagitari, & eſt honeſta & verecunda eclipſis in re turpi. Virg. Nouimus & qui te.

*Mu.[lapis?]*

*R.[Anne ill.h.i.ſ.v.ferent?] ſed deprauaté.*

* Chremes indignatur in ſeipſum

*Non ſibi ego exémpli ſatis ſum!* C. *præ iracúndia* { dſsſſ dſd

*R. Al. [tibi exempli]* ^A *tum in [tibi] non fit eliſio, & in [ſatis] eliditur* s, dſdſſi.

*Menedême, non ſum apud me.* M. **téne iſtuc loqui!* aiiſſi

*Nónne id flagitium eſt, te álijs conſilium dare,* ſddiap

* *Foris ſápere, tibi non poſſe auxiliárier!* ibaſap

C. *Quid fáciã?* M. **id quod me feciſſe aiébas parũ:* dſſſp

* *Fac te eſſe patrem ſéntiat: fac vt aúdeat* ſiſiap

*Tibi crédere ómnia, abs te pétere, & póſcere,* aijdſp

*Ne quam áliam quærat cópiam, ac te déſerat.* dſiſp

C. * *Immo ábeat pótius multò quouis géntium,* ddſſp

*Quàm hîc per flagítiũ, ad inópiã rédigat patrem.* ſbbiap

*Nam ſi illi [pergam] ſuppeditáre ſúmptibus* ſſſaip

*Menedême,* **mihi illæc verè ad raſtros res redit.* aaſſſp

M. *Quot [incõmoditátes hac re accípies,] niſi caues.* { ſaiſdi ſ

*R. [incommoda tibi in hac re capies,]* ſidaddi.

*Difficilem oſténdis te eſſe, & ignóſces tamen* dſſiſp

*Póſt! & id ingrâtum.* C. *ah, neſcis [quàm] dóleam.* dſſſap

M. *vt lubet.*

*Quid hoc, quod [rogo,] vt* * *illa nubat noſtro? niſi quid eſt,* { ſaſddi ſ

*Mu. [volo.] id eſt, cupio: vt nõ voluntatem modò, ſed deſyderium etiam declaret.*

*Quod [mauis.]* C. *immo & gener, & affines placẽt.* ſſdiſi

M. *Quid dotis dicam te dixiſſe filio?* ſſſij

*Quid* * *obticuíſti!* C. *dotis!* M. *ita dico.* C. *ah.* M. *Chreme,* iaſbſi

*Nequid vereâre, [ſi minùs eſt, nihil dos] mouet.* { ſaiap ſaiaſ

*G. Al. [ſi eſt minùs, nihil nos dos]. al. [ſi minùs, nihil dos nos].* ſaaxſp: *& eliſo s in [minùs] factaque in [nihil] ſinæreſi,* ſaiaſp.

^A *Caterùm [ſi minùs eſt] poteſt referri ad præcedentia vel ſequẽtia.*

C. *Duo talenta,* **pro re noſtra, ego eſſe decréui ſatis:* bſtſiſſ

* *Sed ita dictu opus eſt, ſi me vis ſaluum eſſe, & rem, & filium,* bdſſſſ

*Me, mea ómnia bona doti dixíſſe illi.* M. *quam rem agis?* tbſſſſ

C. *Id mirári te ſimulâto, & illum rogitâto ſimul,* ſſdiſaſ

*Quámobrem id fáciam.* M. *quin ego verò, quámobrem* aadſaa

* L. Opportuna reprehenſio qua tangitur ſcopus fabulæ.

* L. Prouerbiale eſt.

* Recolit ac retorquet conſilium datum.

* L. Cõſilium Menedemi.

* C. Hoc terribiliter pronuntiandũ: & verba propriè rigidi & aſperi patris.

*Mu. [pergo],* ſſiaip.

* L. Prouerbiali figura alludit ad raſtros Menedemi, de quibus initio fabulæ: alioqui ad reſtim rediit, dicturus erat.

*R. Al. [quid] pro quãtum, vel propter quid.*

* L. Conficiuntur Cliniæ nuptiæ, ad abſoluendum cataſtrophen huius partis fabulæ.

*Mu. [malis.]*

* C. Tacemus conſilia, reticemus dolores, obticemus quorũ nos pudet.

* B. Pro re n. pro meis facultatibus. Tacitè rem ſuã familiarẽ extenuat.

* L. Conſilium ad perturbandum Clitiphonem. & eſt œconomia ad ſequẽtem ſcenam.

UNED

rem id fácias, néſcio.

bdaſdſt- C. Egóne! * vt ſeius] ánimum, qui nunc luxúria, & laſciuia  *Mu.* [*illius*], bdaſdſt-.

ttſaſſtv Diffluit, retúndã, rédigã, vt quo ſe vertat, néſciat,

aſbſbat- M. Quid [agis!] C. mitte, ac ſine me in hac re gérere mihi morem. M. ſino.

bdtbſſtv Itáne vis? C. ita. M. * fiat. C. age iam vt vxôrem accérſat, [paret.  *Mu.* [*paret Se. hic,*]

atſſſtv * Hic, [ita vt liberos eſt æquum dictis confutábitur.

tdbſaſt- * Sed Syrum. M. quid eum? C. egóne! ſi viuo, ádeò exornâtum dabo,

aſſbſt- A'deò depêxum, [vt dum] viuat, meminerit ſemper mei:  *Al.* [*vſque vt dum*], aſſſdiſi. [R] *al.* [*vſque dum*], *ſed id verſus non patitur.*

tſaſſtv Qui ſibi me pro ridículo, ac delectaménto putat.

dtſxbab- / dtſtda * Non (ita me dij ament) audêret [hæc fácere] vidǔæ mulíeri,  G. [*facere hæc*], dtſſaab-.

ſbſtatv [Quæ in me fecit.]

* L. Ratio conſilii ab vtili & honeſto: népe vt corrigatur Clitipho.

C. [*aiis?*]

* C. Conceſsio irati aduerſus pertinacem.

* Nouum periculum Clitiphonis, ne motus illi ſuperiores repente cõſileſcant.

* L. Cõminatio per apoſiopeſin, [C] ſcilicet Puniam.

* L. Amplificatio à minori.

Prouerbium.

*Al.* [*In me quæ fecit.*] ſdbſtatv. [E] *verſus perficitur ſequenti ſcena.*

## ACT. V. SCEN. II.

ARG. [C] Reſtat ad tranquillitatem rerum omnium, vt Clitipho verbis patris perterritus, in viam redeat, & Bacchide relicta, vxorem ducat. [V] Itaque Chremes vt filium perterrefaceret, adornat exhæredationem. [L] éſtque hoc ſummum Clitiphonis periculum. [V] Qua re ex Menedemo audita, conqueritur de patris iniuria: & eſt σχετλιαστική. Sed pater interueniens eum redarguit, cauſas conſilii ſui referens, eſt ἐπιτιμοτική. Poſtremò ſeruus in grauius ferè malum coniectus inuenit conſilium [P] aliud Clitiphoni [B] callidum, quo cataſtrophen, id eſt, exitum, euentúmque negotii machinatur: [V] vbi συμβουλευτική eſt. [P] Deinde ad Menedemum hero ſuo non planè fidens, concedit. [V] Orditur Clitipho à querela & accuſatione de patris conſilio per interrogationem eclipticam. Propoſitio eſt, Pater vult me, vt tu refers, exhæredare. Rationem addit ex inopinato, ab ira & ἀστοργία eius, quia alieniori animo tam citò eſt à me factus, quàm pater eſſe ſolet. *Theſes.* 1 Adoleſcentuli ad meliorem frugem propoſitis damnis reuocandi ſunt. 2 Liberi præcipites in omnia vitia ruunt, niſi refrænentur certis rationibus, vel exhæredatione, vel aliis quibuſlibet. 3 Compeſcendus eſt appetitus, vti rationi morem gerat. 4 Diſciplina & iuſta educatio præſtantiores viros efficiunt. [M] Proteruos adoleſcentes caſtigandos, ac acriter propoſito damno terrendos eſſe, vt ad officium reuertantur, monet hæc ſcena. Liberè nanque adoleſcentium cupiditates lõgiùs euagantur, ad omne ſcelus impellente appetitu præcipites, niſi à ratione reuocentur. Itaque pater non aliter quàm equorum domitor, imò multò magis filium luxu diffluentem, tanquam in gyrũ rationis flectere debet, vt rei domeſticæ ac publicæ, vſui honoríque eſſe poſſit. Cic. in 1. Offi. loquens de temperantia ſic ait, Efficiendum eſt, vt appetitus rationi obediant, eámque neque præcurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam, aut ignauiam deſerant, síntque tranquilli, ac perturbatione animi careant: ex quo elucebit omnis conſtantia,

UNED

ſtantia, omníſque moderatio. Nam qui appetitus longiùs euagantur, & tanquam exultantes ſiue cupiendo, ſiue fugiendo, non ſatis à ratione cõtinentur, hi ſine dubio finem & modum tranſeunt. Relinquunt enim, & abiiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui ſunt ſubiecti lege naturæ. Plato in IIII. de Republ. ſic ait, Educatio bonáque inſtitutio, ingenia quoque bona efficit. Et in I. de Legib. inquit, Aſſero eos qui in præſtantes viros aliquando euaſuri ſint, ab ineunte ſtatim pueritia oportere idipſum tam ludendo, quàm ſtudendo in ſingulis ei negotio conuenientibus meditari.

*Verſ. gen. Primus eſt fragmentum vltimi verſus ſcenæ ſuperioris. quatuor & viginti ſequentes ſunt, item trochaici tetr. catal. Reliqui ad finem vſque ſcenæ iambici tetr. acat.*

## CLITIPHO. MENEDEMVS. CHREMES. SYRVS.

*Mu. [ quæſo eſt ]. ſtbſſatv.*
Clitipho relatu Menedemi ſe à patre abdicatum credit.

ITA'NE *tandem [quæſo,] Menedême, vt pater*
*Tam in breui ſpátio omnem de me eiécerit áni-* tdſſtbv
*mum patris!*
*Quodnam ob fácinus! quid ego tantum ſcéleris ad-* ſabſbſtv
*miſi miſer!*

* L. Purgatio ab exemplo vulgi:
*Mu. [ eſſe grauius ],* ſabtáſtv.
Beneuolentiæ indicium.

* *Volgò id fáciunt.* M. *ſcio tibi [eſſe hoc gráuius] mul-* ſabſaſtv
*to, ac dúrius.*
*Cui fit: verùm ego haud minùs ægrè pátior id, qui* ſtdſbſt-
*néſcio,*
*Nec ratiônem cápio, niſi quòd tibi bene ex ánimo* dſbabdt-
*volo.* CL. *hîc*

*Alÿ [hic] in ſequentem verſum transferunt, ſed ab hoc eſt elidendum.*

*Patrem aſtâre aiébas?* M. *eccum.* CH. *quid me incú-* ſſſſſt-
*ſas Clítipho?*

*L. Accuſat filium & reddit rationem facti ſui. Chremes.

* *Quicquid ego huius feci, tibi proſpéxi, & ſtultítiæ* dſſaſdt-
*tuæ:*

Carpit filium de deliciis.

*Vbi te vidi ánimo eſſe omíſſo, & ſŭáuia in præséntia* adtſtſt-
*Quæ eſſent, prima habêre, neque conſúlere in longi-* ſtraatv
*túdinem:*

A neceſſario.

*Cœpi ratiônem, vt neque egéres, neque vt hæc poſſes* ſadſaſtv
*pérdere.*

* L. Pulchra traductio in pronominibus.

* *Vbi, cui décuit primò, tibi non lícuit per te mihi* aaſaaſbv
*dare,*
*A'bÿ ad próximos, tibi qui erant: ĕis commíſi, &* { attaſt- / attaſ }
*crédidi.*
*Ibi tuæ ſtultítiæ ſemper erit præsídium Clítipho:* bſadſa-
*Victus, veſtîtus, quò in tectum te recéptes.* CL. *hei* ſtſtſt-
*mihi.*

CH. *Sát*

bſſſtcv CH. *Sátius eſt, quàm te ipſo hærêde hæc poſſidêre Bácchidem.*

dtſſſt– S. *Diſpéry, ſceléſtus quãtas turbas concíui inſciens!*

Accuſatio ſui ipſius.

tdatſtv CL. *E'moricúpio.* CH. *prius quæſo diſce quid ſit víuere:*

C. *Viuere*, Cũ virtute & ratione intelligas.

bſſſtv *Vbi ſcies, ſi diſplicêbit vita, tum iſtoc v'titor.*

btaſb..– S.* *Here, licétne?* CH. *lóquere.* S. *at tutó.* CH. *lóquere.* S. *quæ [iſta eſt práuitas,]* G. [*iſta prauitas,*] btaſbtt–.

* Eclipſis. [1] Conatur Syrus transferre culpam omnem in ſe, vt liberet Cliphonem.

ſdſſbſtv *Quǽve [améntia,] quod peccáui ego'', id obéſſe huic?* CH. *ílicet,*

G. [*amentia eſt,*] ſtſſbſtv. Mu [*eſt amentia,*] ſſaſbſtv.

ſſſaſt– *Ne te admíſce: nemo accûſat Syre te, nec tu aram tibi*

{bttſaſt– {bttſaſ *Neque precatôrem parâris.* S. *quid agis?* CH. *nĭhil ſuccénſeo*

ttſſſdt– *Nec tibi, nec [huic:] nec vos eſt æquum, quod fácio, mihi.*

E. *Aliàs* [*tibi?*] dtſſſdt–.

{bttſaſtv {bttſdb S. [*A bijt, ac rogâſſe vellem.* CL. *quid'?*] S. *vnde mihi péterem cibum:*

*Mu.* [*Abijt, rogaſſe vellem.* CL. *quid Syre?*] aijſibap.

abſdſiſi *Ita nos abalienâuit: tibi iam eſſe ad ſorôrẽ intéllego.*

adſibd.p CL. [*A'deón' rem rediíſſe vt periculum*] *étiam fame mihi ſit Syre!* *Mu.* [*Adeóne rem rediſſe vt periculum*], [A] *ſed verſus non conſtat.*

Extremum miſeriarum fames.

vſſſiſp S. *Modò líceat víuere, [ſit ſpes.]* CL. *quæ?* S. * *nos eſuritúros ſatis.* *Mu.* [*ſpes eſt.*] vſaſſiſp.

*L. Riſus ab inexpectato. non habebat enim aliud quod ſubitò reſpõderet Syrus, & illud in primis augebat.

ſſdſſai CL. *Irrídes in re tanta, neque me quicquam conſilio ádiuuas!*

dijiiſap S. *Immo, & ibi nunc ſum, & vſque dudum id egi, dum lóquitur pater:*

ſdiſdſp *Et, quantùm ego intellégere poſſum.* CL. *quid?* S. *non [ſáberit] lóngiús.* *Mu.* [*abierit,*] ſcbſſbſp.

Prę nimia affectatione intercipit ſermonem.

{aiſſiſp {aiſſiſ CL. *Quid id ergo?* S. *ſic eſt:* * *non eſſe horum te árbitror.* CL. *quid iſtuc Syre!*

* Callidũ Syri cõſilium, quo cataſtrophé machinatur, [L] dum rem ad deprecationem & miſericordiã perducere cogitat.

{idaſſſi {idaſſ *Satin' ſanus es!* S. *ego dicam quod mihi [in mẽtem:] tu diiúdica.* G. [*In mentem*] *ſub. Venit. Al.* [*in mente eſt:*] *al.* [*in mentem eſt.*]

ſſſdiſi *Dum iſtis fuíſti ſolus, dum nulla ália delectátio,*

Quæ

UNED

*L. Conie&ctura à ſigno & tempore, Expellunt inuenta filia, ergo non amant.
*Facilè aſſentitur.
*L. Confirmatio à remotione, Nam ſi nō ob peccatū, relinquitur vt ob inuētam filiā ſit iratus.
*Materna in filios indulgētia. L Argumētum à perſona, Mater nō auxiliatur, non eſt ergo mater.
*Callidū Syri conſilium.

*Quæ própior eſſet te: indulgêbant, tibi dabāt. nunc filia* diſſdiſp
* *Poſtquàm eſt inuênta vera, inuênta eſt cauſſa, qua te expéllerent.* ſſiſſiſi
CL.* *Eſt veriſimile.* S.* *an tu ob peccâtum hoc, eſſe illum irâtum putas?* ſbſſſſi
CL. *Non árbitror.* S.* *nunc áliud ſpecta:* MATRES OMNES *filiis* ſidſſſſi
*In peccáto adiutríces, auxílio in patérna iniúria* ſſſaiſi
*Solent eſſe: id non fit.* CL. *verum dicis. quid ergo [nunc Syre]* iſſſſip
*Al. [nunc faciam Syre?] tſſixiap.* Mu *CL. verùm quid ergo nunc faciā Syre?] iſſſiiap.*
*[Fáciam? S.* *ſuſpiciônem iſtam ex illis] quærerem profer palám.* adſſiſp
*R. ex Priſciano: [S. Suſpicionē iſtanc ex illis], ſiſſſiſp:* G *[Faciam? S. ſuſpicionem iſtanc ex eis], vbi [eis] monoſyllabū eſt, adſſiiſp.* Mu *[S. Suſpectionem quære ex illis iſtam: rem profer palám.] ſiſſſſp.*
*Si non eſt verum, ad miſericórdiam ambos addúces citò, aut* ſſdiiſſi

*L. Secum approbat conſilium.

*Scibis cuius ſis.* CL. *rectè ſuádes: fáciam.* S.* *ſat rectè hoc mihi* ſſſdſſ

*Eraſmus reÿcit [in] in finem verſus præcedentis: tum hic erit trochaicus catal. ſſdſdſbv.*

*In mentem venit. nanque adoléſcens quàm [minima] in ſpe ſitus erit,* ſſaſadp
*R. Al. [maxima], ſed verſui repugnat.*
*Tam [facilimè boni patris] pacem in leges conficiet ſuas.* {diiſſai dija
*R. [facilimè patris], tum fuerit trochaicus catal. taſſldt-. Valla [maximè patris], ſed verſus non conſtat, niſi inſeratur [boni], ſrjtſſai.*

Eclipſis.

*Etiam haud ſcio ánne vxôrem ducat, ac Syro nil grátiæ.* ſiſſiiſi

*Al. [ob hoc quod factum eſt.]* G *[adhuc factum quid eſt?] tiſibaſi.*

*Quid autem hoc! ſenex exit foras: ego fúgio, [adhuc quod factum eſt.]* {tiſibaſi ſ
*Miror non iuſsiſſe ílico me árripi. ad Menedêmum hinc pergam: eum* ſſaiaſp
*Sunt qui transferāt [eum] in ſequentem verſum: tū vterque claudicat.*

*Precatorem*, id eſt, interceſſorem.
*G. [habeo fidei nihil,]* iſibſbap.

*Precatôrem mihi paro: ſeni noſtro [fídei nihil hábeo.]* iſbaſabi

## ACT. V. SCEN. III.

ARG. L Impulſa quærela filii Soſtrata expoſtulat cum marito, v & pro filii ſalute plus æquo ſollicita monet, adeóque increpat maritum, ne pergat exhæredare filium: at maritus contrà

contrà admodum ſalſis & mordacibus obiurgatiunculis eam refutat, & exagitat, in ipſius
inobedientiam & mores acerbè inuehens. Eſt igitur ſcena & ἐπιτιμητικὴ &, σκωπτικὴ. C in qua
continetur imago quædam diſsidii inter virum & vxorem, qui natura moroſi atque diffi-
ciles ſunt. V Theſes. 1 Tales ſunt filii quales ſunt parẽtes. Naturæ ſequitur ſemima quiſ-
que ſuæ. 2 Matres plus indulgent filiis quàm patres. 3 Sæpe mulieres ineptæ mari-
torum conſiliis aduerſantur propter filios. 4 Etiam inter matrimonio coniũctos inter-
dum altercationes eſſe ſolent. M Quales ſunt parentes, tales plerunque filios eſſe, docet hæc
ſcena. Quapropter cùm filiis opera datur, ab omni ebrietate ac luxu cauendum eſt, ne id vi-
tium nati referant. Plat. in VI. de Legib. loquens de filiorum procreatione ſic ait, Idcirco e-
brius tanquam mente captus, ad ſerendum eſt inutilis. Nempe veriſimile eſt, eum fœtus in-
æquales, inſtabiles, obliquos, tam membris, quam moribus procreare. Quapropter per totam
quidem vitam, & maximè quandiu generationi vacat, abſtinebit quiſque cauebítque ne fa-
ciat, vel quæ ſuapte natura morbos inducant, vel quæ ad petulantiam iniuriámque dedu-
cant. Hæc enim in animos & corpora naſcentium neceſſariò tranſlata, illic imprimuntur,
peiorésque naſcuntur. Sed præcipuè die illo ac nocte ab illis abſtinendum eſt.

*Verſ. gen. Trochaici tetr. catal. ſex nempe, decimus, vndecimus, & quatuor vltimi. Reliqui iambici a-
catalectici, iique tetrametri excepto decimoſexto dimetro.*

## SOSTRATA. CHREMES.

idibſſai PROFECTO *niſi caues tu homo, áliquid gna-
to conficies mali:*

aſdiſdij *[I'd] que ádeò miror, [quómodo tam] inêptum quic-
quam potúerit tibi*

{illẽdiſp {iſdſ *Venîre in mentem, mĭ vir.* C. *oh, pergín' múlier eſſe!
[vllámne ego]* *Al.* [*vllam ego*], iſſiſbſp. *Bembus hæc ita,* [*C. Pergin' mulier odioſa eſſe? nullámne ego
rem vnquam in vita mea*], *ſed vix verſus cenſebitur. ſequentem
verò in hunc modum* [*Volui, quin tu in ea mihi fueris aduorſatrix
Soſtrata,*] adibaſſp, [*tu*] *non eliſo ſed correpto.*

{ſaduſdſp {ſadſ *Rem vnquam vólui, quin tu in [ea mĭhi] aduerſá-
trix fúeris Sóſtrata!*

{ſaxſddſi {ſaſ *At ſi rógitem iam, quid' eſt quod [peccem,] aut
quámobrem hoc fáciam, néſcias.* *Al.* [*peccẽ hîc*].
*tunc* [*At*] *pẽdet à verſu ſuperiore, & in* [*quid*] *eliditur d,* dſſiddſi.

ſſſſſai *In qua re nunc tam confidênter reſtas ſtulta.* S. *ego
néſcio,*

{xavvſdſi {aad C. *Imò ſcis pótiùs, quàm* * [*quidem' rédeat*] *ad ín-
tegrum hæc éadem orátio.* Go. [*Imò*] *per ſimplex
m prima breui.* G *aut
diuide, vt i ad ſuperiorem verſum pertineat, & lege* [*redeat qui-
dem*], ſadddſi. A *Riuius tollit* [*hæc*], *Eraſmus* [*eadẽ*], *ſed verſum
non ſanant.* MU [*quidem redeat ad integrum eadem ratio.*] A *ſed
verſus non ſanatur, niſi legas* [*redeat quidem* &c.] ſdſaabſi.

aiſi, ſſ ; S. *Oh, [inîquus] es, qui me tacêre de re tãta póſtules.*

C. *Non*

C. *Tu homo*, cũ contemptu, & ſtomacho pronuntiandum.

[*Id*] *pendet à verſu ſuperiore, niſi quis malit in* [*quomodo*] *primam breuẽ & vltimam longã dicere.* dſdaſdij. MU [*qui tam*], dſſiſdij.

L. *Mulier* ad vituperationem.

Notat mulierum importunitatem.

*Al.* [*ea re mihi*] G *tũ* [*ea*] *&* [*mihi*] *monoſyllaba, & creticus loco tertio.* ſaxſſdſp.

C. *Neſcio*, ſic lege vt intelligas contrarium.

* L, *Red, ad int.* id eſt, in excuſandis peccatis repetatur. & eſt exprobratio inſcitiæ.

*Mu.* [*iniquos*].

UNED

* B. Abdicationem minatur filio.

C. *Non póſtulo: iam lóquere:* * *nihilò minùs ego hoc fáciam tamen.* ſdbdiap

* Repetitio verbi cum ſtomacho.

S. * *Fácies!* C. *verum.* S. *non vides quantum mali ex ĕare éxcites!* {aſtſtxp aſtſtſ

* L. Propoſitio accuſationis eſt auté Subditus, qui pro vero ſubiectus eſt.

* *Súbditum ſe ſuſpicâtur.* [C. *áin' tu!*] S. *certè, inquam, mĭ vir.* tſtdſſtv *E. Al. [C. ſubditum, áin' tu?] vt ſit hypercatalecticus,* tſtſdſſtv. *Mu [áin' tu ſubditum:]* A *ſed verſus non ſanatur. Bembus [C. ſubditum? áin' tu? S. certè ſic erit mi vir.]* xſdſſxp.

* Imprecatio.

C. *Confitêre tuum non eſſe.* S. *ah, óbſecro te, iſtuc inimícis ſiet.* xaſiadſp *Hunc verſum in duos trochaicos trim. catal. ſecuit Glareanus, additis duobus vocabulis, hoc modo, [C. Cōfitere tuū non eſſe filiū. S. ah,] tdſtt. [Obſecro te, iſtuc noſtris inimicis ſiet.] dſſatv. Bembus ſic legit, [Confitere tu? S. au obſecro, iſtuc inimicis ſiet.] ttſtſatv. [tu au] ſpondeus, nulla facta eliſione.*

*Egóne confitear mĕum nō eſſe fílium, qui ſit meus!* {bdxſiſſp bdſ

* L. Ironica reprehéſio, qua perſtringit vxorem.
C. *Conuincas*, iuridicum verbum.

C. * [*Quid! métuis, ne non, cùm velis, conuíncas eſſe illum*] *tuum!* dſiſſſp *R. Al. [Quid metuis? nónne cùm velis cōuincas illum eſſe],* A dſijſſdv: *erit catalecticus.*

S. *Quòd fília eſt inuênta?* C. *non, ſed quod magis credêndum ſiet,* {ſiſiſſp ſiliſa

*Al. [Id quòd],* xdſp: *vel eliſo d in [quòd],* ſdſp.
*Mu. [Facilè cōuinces]*, bſſſſxai: *vel* bſſſſdiſ.

[*Quòd*] *eſt consímilis móribus,* idſp

[*Conuínces fácilè*] *ex te natum: nam tŭi similis eſt probé:* {ſdſſxbx ſdſſ

Notat vxoris mores ex filii moribus.
*Vltimus poteſt etiam eſſe iābicus,* idſiſdſi.

*Nam illi nĭhil vítij eſt relictum, quin id ĭtidem ſit tibi.* {ſaaſtax ſdt

*Tum prætéreà talem, niſi tu, nulla páreret fílium.* ſaſatatv

*Sed' ipſe egréditur: quam ſeuêrus! rem cùm vídeas, cénſeas.* {ſatſſax ſ

## ACT. V. SCEN. IIII.

ARG. H In hac ſcena, matrum placabilitas & manſuetudo, patrum verò ſeueritas oſtenditur. Clitipho quoque conſilium ſerui exequitur, & à petitione verba facere incipit, P matrem adhuc ſolicitiorem reddens, cùm tam petat obnixè, vt ſibi parentes commonſtret. Ex qua re profectò faciliùs ad tranquillitatem omnium rerum peruenitur. Soſtrata Clitiphonem ſuum Chremetíſque eſſe confirmat. Chremes ipſum contumelioſè obiurgat, trepidum pudentémque, vel matre coram, reddit. V *Theſes.* 1 Caſtigatio parentum liberos erudit & informat. 2 Filiorum eſt, vt ſuis parētibus obſequantur. 3 Iracundiæ tanta vis eſt, vt vel Deos neſciat. Eſt autem in ſtatu coniecturali. Siquidem Clitipho ex matre ſuos parentes ſciſcitatur, atque eo pacto impellit, vt ſeſe illa periculo interponat. Hinc & grauis in filium obiurgatio. Poſtremò liberorum officium deſcribitur. Vocatur autem in dubium ſitne



UNED

Clitipho Soſtratæ & Chremetis filius. Filius negat coniecturis quibuſdam adductus. Mater iuramento affirmat, ſicut & pater. Vterque tamen propter tantam filii impudentiam comminatur. M Increpationes paternas neceſſarias, ac filiis luxu diffluentibus vtiles eſſe ad mutandum vitæ inſtitutum, exemplo huius ſenis ac laſciui adoleſcentis, docet hæc ſcena. Adoleſcens enim inter æſtus affectuum fluctuat: & niſi reprimatur, omnem modum excedit, idcirco caſtigandi ſunt adoleſcentes. Vnde dicitur, Qui parcit virgæ, filium ſuum odit. Horat. in ſermo. patris diligentiam in ſua inſtitutione his verſibus celebrauit, Ipſe mihi cuſtos incorruptiſsimus, omnes Circum doctores aderat. quid multa? pudicum (Qui primus virtutis honor) ſeruauit ab omni Non ſolùm facto, verum opprobrio quoque turpi.

*Verſ. gen. Trochaici tetr. catal. omnes, excepto fortaſſe decimoquinto, qui ſi vulgata lectio retineatur, iambicus erit tetr. acat.*

## CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

ſaſlbſt- ſſ — SI VNQVAM *vllum fŭit tempus mater, cùm ego voluptáti tibi* — Valebat ad matrē cōſilium hoc, propterea mater producitur.

ſaſtxaſt- aſtſt — *Fúerim, * dictus filius tŭus tŭa voluntâte, óbſecro,* — * πᾶθος à pietate.

ſdaaſat- ſbſ — *Eius' vt memíneris, atque ínopis nunc te miſerêſcat mei:*

ttaſſſt- — *Quod peto, & volo, [paréntes] meos vt commónſtres mihi.* — R. *ex Priſciano [parenteis].*

tlſbſtv — S. * *O'bſecro mi gnate, ne iſtuc in ánimum indúcas tuum,* — * C. Verba propriè matris deſperatæ.

atſadſt- — *Aliênum eſſe te.* CL. * *ſum.* S. *miſeram me, hóccine quæſiſti óbſecro!* — * C. Hæc vox ſimplex terribiliter p̃nuntiat.

bſſdeſſv — * *Ita mihi, atque huic ſis ſupérſtes, vt ex me", atque hoc natus es.* — * L. Confirmatio c̃ more iurādi antiquo parentum.

dſſſſtv — * *Et cauĕ poſthac (ſi me amas) vnquam iſtuc verbum ex te aúdiam.* C. * *at* — * L. Interminatio. * L. Obiurgatio.

adſſſtv — *Ego (ſi me métuis) mores caue in te eſſe iſtos séntiā.* — Aſperitas patris.

*Alij [at] præcedentis verſus in hunc transferunt*, bſaſſtv.

ſdſtſt- — CL. *Quos?* C. *ſi ſcire vis, ego dicam.* * *gerro, iners, fraus, [héluo,]* *Al. [helluo],* — * C. Contumelioſè in abiectiſsimum quéque, & nullius pretii hominem.

eſſſt- — *Gáneo, damnôſus: crede, & noſtrum te eſſe crédito.* — * L. Hyperbolica comparatio ad augmentum confirmationis.

ſſſtbt- — CL. *Non ſunt [hæc] parêntis dicta.* C. * *non, ſi ex cápite ſis meo* G. *Al. [hæc iam]*, ſſſidij. *ſit iābicus acat.* MU *[hæc iam dicta parētis,]* ſſdſſbt-.

taſſdſtv — *Natus, item vt aiunt Minéruam eſſe ex Ioue: ea cauſſa magis*

adbeſſt- — *Pátiar Clítipho, flagitijs tuis me infâmem fieri.* — G. *[fieri] prima longa.*

S. * *Dij*

* L. Abominatio. Deos neſcio, iratorū more hæc.

S. * *Dij iſtæc prohibeant.* C. *deos neſcio: ego quod póſtero, enîtar ſéduló.* Glareanus tollit [ enitar ], ſbxdſbt- & [ deos ] facto monoſyllabo, ſbſdſbt-. Mu. [ S. Di iſtæc. C. neſcio deos: &c. ]ſtaaaſt-.

* L. Comminatio ad acrimoniam & venuſtatem.

* *Quæris id, quod habes, paréntes: quod abeſt, non quæris, patri* tdtſaſt-

Mu. [ Quo modo obſequare, & ſerues ], ttſſtſtv.

*[ Quómodo obſequâre, & vt ſerues ] quod labôre inuénerit.* ttſtſtv ttſd

* L. Apoſiopeſis, ſub. Scortum.

* *Nō mihi per fallácias addúcere ante óculos? pudet* dſtſdtv

* L. Amplificatio à minori, id eſt, me pudet dicere, at te non puduit facere.

*Dícere hac præsênte verbum turpe:* * *at te [ id ] nullo modo* tſtſſt- Al. [ illud ], tſxſſt-.

* V. Hîc cataſtrophes fit initium.

*Fácere píguit.* CL. * *eheu quàm ego nunc totus diſplíceo mihi,* bbſaſdtv

Mu. [ incipiam ].

*Quàm pudet! neque quod principium [ inuéniam ] ad placândum, ſcio.* tdſaaſtv

## ACTVS V. SCENA V.

ARG. [L] Interuentu Menedemi, & deprecatione perſonarum veniam conſequitur Clitipho, [P] & grata pax poſt tantas turbationes conciliatur, ita vt omnia ad tranquillitatem eandem ac iucundam compoſitionem redigantur: [L] quæ eſt abſoluta cataſtrophe, [P] quemadmodum Comœdię finis expoſtulat. Proinde Clitiphoni quoque libito Archonidis filia collocatur. Poſtremò Syrus ab hero veniam adipiſcitur. [V] *Theſes.* 1 Nimis auſteri parentes & moroſi non ſunt ſemper collaudandi. 2 Pacificatores omnem rationem in pace concilianda quærunt. 3 Caſtigati liberi in viam redeunt, & matrimonio tanquam capiſtro refrænantur. 4 Permittenda eſt & filio ſponſæ electio. Cæterùm in Clitiphone quidem eſt μεταμελητικὴ, cùm pœnitens veniam erratorum precetur. In parentibus autem eſt προτρεπτικὴ, cùm filium ad ducendam vxorem adhortentur. [M] Laſciuum filium, ſed vitæ inſtitutum iam mutantem, recipiendum eſſe in gratiam, & iugali compede vinciendum, monet hæc ſcena: oſtendens affectus iuueniles ratione caſtigatiores fieri, mediocritatem illam, quæ iure laudatur, & concordiam habenti pollicetur & affert: cuius oppoſitum efficit vitiū. Vnde Ariſtoteles in nono Ethices, Vitioſus igitur animus in ſeditione poſitus eſt, & nec ſe amat, nec alios. Talis autem diſpoſitio, cùm multas habeat miſerias, totis viribus fugienda eſt, & enitendum, vt boni ſimus. Sic enim & nobis & aliis erimus amici. Et Plato in eo Dialogo, qui inſcribitur Lyſias de amicitia ſic inquit, Improbi nunquam, vel ſibi ipſis, vel inuicem ſimiles ſunt, ſed perturbati penitus & inſtabiles. qui verò ſecum ipſe diſſentit, nullo modo cum alio conſentiet, nec vlli amicus eſſe poterit. Et ſic patet, inquit, quod ſolus bonus bono amicus erit: malus autem non bono, nec malo vnquam reuera amicus efficietur.

*Verſ. gen. Trochaici tetr. catal. excepto vltimo iambico dimetro acat.*

### MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

Menedemus ſolus hæc ſecum.

ENIMVERO, *Chremes nimis gráuiter crúciat adoleſcéntulum,* ſtxabat atd

*Nim*

*Nimiſ'que inhumáné. éxeo ergo, vt pacem conci-*
*liem. óptumè*
*Ipſos video.* CH. *ſehem, Menedême ſcur non accérſi*
*iúbes*
*Filiam, & quod [ dixi dotis, ] firmas!* S. *mi vir te*
*óbſecro,*
* *Ne fácias.* CL. *pater óbſecro vt mihi ignóſcas.* M.
*da véniam Chreme:*
*Sine te exôrem.* CH. * *[egône mea bona vt dem Bác-*
*chidi dono! ſciens]* E. *Iãbicus tetr. acat.* adbiſiſi. Mu [*egón' m. b. v. d. B. dono ſciens?*] axbſtſt-.
*Non fáciam.* M. *at id' nos non ſinêmus.* CL. *ſi me vi-*
*uum vis pater,*
*Ignóſce.* S. *age Chreme mi.* M. *age quæſo, ne tam* ob-*
*firma te Chreme.*
CH. *Quid' iſtuc! vídeo non licêre, vt cœperam, hoc*
*periéndere.*
M. *Facis vt te decet.* CH. *ea lege hoc ádeò fáciam,*
*ſi [ſacit]*
*Quod ego hunc æquum cénſeo.* CL. *pater ómnia fá-*
*ciam: ímpera.*
CH. *Vxôrem vt ducas.* CL. *pater.* CH. *nihil aúdio.*
M. *ad me recípio,*
*Fáciet.* CH. *nihil étiam aúdio ipſum.* CL. *péry.* S.
*an dúbitas Clítipho!*
CH. *Immo, vtrum vult.* M. *fáciet ómnia.* S. *hæc dum*
*incípias gráuia ſunt,*
*Dúmque ignóres: vbi cognóris, facília.* CL. *fáciam*
*pater.*
S. * *[Gnate mi, ego] pol tibi dabo puéllam lépidam,*
*quam tu fácilè ames:*
*Filiam Phanócratæ noſtri.* CL. * *rufámne illam*
*vírginem,*
*Cæſiam, ſparſo ore, adúnco naſo! non poſſum pater.*
CH. *Eia vt élegans eſt! credas ánimum ibi eſſe.* S. *á-*
*liam dabo.*

G. *Poteſt hic cenſeri iãbicus acat.* ijſiſſai.

*Mu.* [*ehem Menedeme,*]

*Filiam*, vt nubat ſcilicet Cliniæ.

*Mu.* [*dotis dixi.*]

* C. Hæç timebat ne omnia bona illi traderet.

* L. Simulat ſe difficilem Chremes, vt filium ad frugé redigat

E. *Et hic quoque iãbicus*, diſiſſſp.

Mirè ſibi ignoſci poſtulat.

* Metaphora à repagulo occludendo.

G. *Rurſus & hic iãbicus*, idijſiſp.

*Muretus* [*faciat id,*] adiſaadp.

*Pater*, vox deliberantis: L timidè recuſantis: V Hæſitante geſtu proferendum eſt.

* Blãda matris ſuaſio.

G. [ *Gnate, ego* ]. ddbſaſb–. E [ *Nate mi* ] *extra verſum*. aatſaſb-. A *Muretus tollit* [*tibi*], tabſaſb-. V L. Deformis puellæ deſcriptio, ad exhilarandũ ſpectatorem.



UNED

G. Eſt & hic iambicus acat. iſaſdbbp.

CL. Quid (iſtuc!) quãdóquidem ducênda eſt, egómet hábeo propémodum, — Al. [iſtic?]

G. Al. [nunc laudo], ſed verſus non conſtat. MU [nunc laudo te] & [Archonidis] penultima producta, tſtſtſtu.

Quàm volo. S. (nunc pol te laudo.) gnate. CL. (Archónidis) fíliam. — R. Priſcianus [Archonidi].

S. Pérplacet, CL. pater hoc nunc reſtat. CH. quid?

CL. Syro ignóſcas volo,

Syro ignoſcitur.

Quæ mĕa cauſſa fecit. CH. fiat. Vos valête, & plaúdite.

CALLIO'PIVS RECE'NSVI.

Mu. [Adelphœ].

## (ADELPHI) TERENTII.

Mu. [Funebribus L. Aemilij Pauli, quos fecere Q. Fabius Maximus, P. Cornelius Africanus.

Go. [L. Minutius Poſthumus.]

Go. [Clau. Flaccus, Clau. filius tibijs dextris. Facta Latina è Græca Menãdru. L. Anitio Gallo, M. Cornelio Cethego.]

ACTA LVDIS (FVNERALIB. Q. FAB. MAX. P. CORNELIO AFRICANO ÆDILIB. CVRVLIB.) EGERE L. ATTILIVS PRAENESTINVS, (MINVTIVS PROTIMVS,) MODOS FECIT (FLACCVS CLAVDI, TIBIIS SARRANIS. FACTA GRAECA MENANDRV, L. ANICIO, M. CORNELIO) COSS.

## FABVLÆ INTERLOCVTORES.

| | | | |
|---|---|---|---|
| MITIO | ſenex. | SOSTRATA | matrona. |
| DEMEA | ſenex. | CANTHARA | nutrix. |
| SANNIO | leno. | GETA | ſeruus. |
| ÆSCHINVS | adoleſcens. | HEGIO | ſenex. |
| SYRVS | ſeruus. | DROMO | ſeruus. |
| CTESIPHO | adoleſcens. | PAMPHILA | nurus. |

## C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCA IN ADELPHOS.

Al. [adoleſcentulos,]

DVOS cùm habêret Déme a (aduleſcéntulos,)
Dat Mitióni fratri adoptândũ Aeſchinũ:

Sed

*Sed Cteſiphônem rétinet. hunc citharíſtriæ.*
*Lepôre captum, ſub duro ac triſti patre*
*Frater celâbat Aéſchinus: famam rei,*
*[Amôrem" in ſe] transferêbat. dénique*
*Fidícinam lenóni erípuit. vitiáuerat*
*Idem Aéſchinus ciuem A'tticam paupérculam,*
*Fidémque déderat, hanc ſibi vxôrem fore.*
*Démea iurgâre, & gráuiter ferre. mox tamen*
*Vt véritas patefâcta eſt, ducit Aéſchinus*
*Vitiâtam, pótitur Ctéſipho citharíſtriam,*
** Exoráto ſuo patre duró Démea.*

*Al.* [ *Amorémque in ſe*], iſſiſp. G [ *Ac in ſe amorem* ], ſiſiſp. MU [-*famam quoque Amoris ſuſe*], ſiijſpſ: iiſiſp.

* *Hic vltimus verſus in quibuſdam exemplaribus omittitur.*

# DONATI PROLEGOMENA IN ADELPHOS TERENTII.

HÆC Fabula Adelphi Palliata, vt ipſum indicat nomen ex plurali numero, cùm ſit vna ex maſculino genere, cum ſit Comœdia: ex Græca lingua, cùm ſit Latina: cenſetur. Potuit eam Terentius Fratres dicere; ſed & Græci nominis εὐφωνίαν perderet, & prætereà Togata videretur: ad ſummam, non ſtatim intelligeretur Menandri eſſe: quod Terentius in primis lectorem ſcire cupit: minus exiſtimans laudis proprias ſcribere, quàm Græcas transferre. Eſt igitur Menandri: & à fratrum facto, quibus argumẽtum nititur, nomen accipit, Huius tota actio cùm ſit miſta ex vtroque genere, vt ferè Terentianæ omnes, præter Heautontimorúmenon, tamen maiori ex parte motoria eſt. nam ſtatarios locos perpaucos habet. Prodeſt autem & delectat actu & ſtylo. In hac, primæ partes ſunt, vt quidam putant Demeæ: vt quidam, Syri. Quod ſi eſt vt primas Syrus habeat: ſecundæ Demeæ erunt: tertiæ Mitionis, & ſic deinceps. Quanquam etiam ſunt qui putant primas Mitioni dandas, ſecundas Syro, tertias Demeæ. Nam quod ait Terentius, Senes qui primi venient: non ad partes quas dicunt, ſed ad ordinem pertinet exeuntium perſonarum. Hæc etiam, vt cætera huiuſmodi poëmata, quinque actus habeat neceſſe eſt, choris diuiſos à Græcis Poëtis. quos etſi retinendi cauſa iam inconditi ſpectatoris minimè diſtingunt Latini Comici, metuentes ſcilicet nequis faſtidioſus finito actu, velut admonitus abeundi, reliquæ Comœdiæ fiat contemptor, & ſurgat: tamen à doctis veteribus diſcreti atque diſiuncti ſunt, vt mox aperiemus poſt argumenti narrationẽ. In hac prologus aliquantò lenior inducitur: qui magis etiã in ſe purgãdo, quàm in aduerſariis lædendis eſt occupatus. Protaſis eſt turbulenta, Epitaſis clamoſa, Cataſtrophe lenis. quarum partium rationem diligentiùs in principio propoſuimus, cùm de Comœdia quædam diceremus. Hæc ſanè acta eſt ludis ſcenicis Funebribus L. Æmilii Pauli: agentibus, L. Ambiuio, & L. Turpione: qui cum ſuis gregibus etiam tum perſonati agebant. Modulata eſt autem tibiis dextris, id eſt, Lydiis, ob ſeriam grauitatem: qua ferè in omnibus Comœdiis vtitur hic Poëta: ſæpe tamen, mutatis per ſcenam modis, cantica mutauit: quod ſignificat titulus ſcenæ habẽs ſubiectas perſonis literas. M.M.C. Item Diuerbia ab hiſtrionibus crebrò pronuntiata ſunt, quæ ſignificantur D. & M. literis ſecundum perſonarum nomina præſcriptis in eo loco vbi incipit ſcena. Annotandum ſanè quòd hæc fabula προτατικὸν πρόσωπον non



UNED

habet, hoc eſt, perſonam quæ ad argumentum nihil attineat, quæque ſit aſſumpta extrin cus, vt eſt in Andria Soſia. Hanc dicunt ex Terentianis ſecundo loco actam etiam tum di nomine Poëtæ, itaque ſic pronuntiatam, Adelphœ Terenti, non Terenti Adelphœ, qu adhuc magis de fabulæ nomine Poëta, quàm de Poëtæ nomine fabula commendabatur. hac quidem ſpectatur quid interſit inter ruſticam, & vrbanam vitam: mitem, & aſperam libis, & mariti: veri patris, & per adoptionem facti. Quibus propoſitis ad exemplum, vitā perinde, fugiendáque Terentius mōſtrans, artificis Poëtæ per totam fabulā obtinet laudem.

## ARGVMENTVM EIVSDEM.

Ex duobus Atticis fratribus, alter quidem, Demea nomine; rus coluit, vxorem duxit: fi lios ſuſcepit duos, Æſchinum & Cteſiphonem: at alter, Mitio nomine, vxorem non du xit, & filios procreare noluit: ſed ſibi filium fratris Æſchinum adoptauit, atque ita indi genter eduxit à paruulo, vt effuſè luxuriatus adoleſcens, ad poſtremum ciuem Atticam vir ginem vitiaret, captus amore eius. quo facto, & cum matre puellæ pepigit nuptias eiuſdem quam vitiauit. Cúmque rem geſtam ad patris, à quo adoptatus fuerat, conſcientiam, iam iámque perlaturus eſſet, precibus Cteſiphonis fratris ſui, qui apud durum patrem atque a greſtem Demeam parciùs, atque arctiùs haberetur, impulſus eſt, & vt eidem à lenone rape ret meretricem: quo facto multiplici errore completur fabula. Nam & Demea cum hoc ip id eſt, cum Mitione litigabat, tanquā cum eo qui corruperit adoleſcentē adoptatum in mo res perditos, neſciens ſuum ſibi filium Cteſiphonem eſſe corruptum: eluditúrque à Syro Mitione per totam fabulam. Et mater puellæ iam decimo menſe poſt raptum virginis, Æ ſchinum credit ſibiipſi rapuiſſe meretricem: quæ perturbatio citò in trāquillum redacta Nam re comperta de vitio virginis, Mitio dat ciuem Æſchino quam concupiuerat: eiúſq matrem ipſe accipit. Deprehenſo verò Cteſiphone in amore meretricis, primò iraſcitur De mea: pòſt lenitur, atque habendæ eius meretricis licentiam præbet. Primus actus hæc con net, Mitionis ſolius primò verba & pòſt, eiuſdem & Demeæ iurgium. Secūdus actus hæc c net, Lenonis alteram rixam aduerſus Æſchinum pro puella: eiuſdem apud Syrum querel lætitiam Cteſiphonis: obſeſſionem amicæ: & eiuſdem gratiarum actiones apud Æſchinu Tertius actus hæc continet, Trepidationem matris Soſtratæ & Cantharæ nutricis ob par rientem Pamphilam vitiatam ab Æſchino: Getam nuntiantem dominæ ſuæ per errore quòd ſibi rapuerit Æſchinus meretricem, reditum in ſcenam Demeæ: eiuſdémque cum Sy ludificante ſermocinationem: interuentum Hegionis, cum querela apud eundem Deme de facto Æſchini, & conſolatione Soſtratæ. Quartus actus hæc continet, Cteſiphonis cu Syro colloquium: deluſionem Demeæ: eiuſdémque in ſcenam interuentum, atque ſecund fruſtrationem per Syrum factam: Mitionis cum Hegione ſermonem: querelam Æſchini rebus ſuis, eiuſdémque cum Mitione patre facetiſſimam decertationē: Demeæ reditū in ſc nam ex errore in quem eum coniecerat Syrus: & renouatum cum fratre eiuſdem iurgiu proceſsionem in ſcenam temulenti Syri. Quintus actus hæc continet, Deprehenſionem C ſiphonis cum meretrice: tertium cum Mitione iurgium Demeæ, eiuſdémque vitæ priſt correptionem: & per eum multa in Comœdia noua, hoc eſt, blandimētum circa Æſchinu & affabilitatem circa Getam: conciliationem Syri & vxoris eius: & veniam circa Cteſipho nem: permiſsionémque habendæ meretricis. Seruatur autem per totam fabulam mitis M tio, ſæuus Demea, Leno auarus, callidus Syrus, timidus Cteſipho, liberalis Æſchinus, pa mulieres, grauis Hegio. In diuidendis actibus fabulæ identidem meminerimus, primo p ginarum dinumerationem, neque Græcos, neque Latinos ſeruaſſe: cùm eius diſtributio iuſmodi rationem habeat, vt vbi attentior ſpectator eſſe potuerit, longior actus ſit: vbi ſtidioſior, breuior atque contractior. Deinde etiam illud, in eundem actum poſſe coni tres & quatuor ſcenas introeuntium atque exeuntium perſonarum. Facta autem hæc vna de duabus fabulis, Adelphis Menandri & Commorientibus Diphili.

M. AN

## M. ANTONII MVRETI IN ADELphos Terentii Argumentum.

fallaciā Geta cōfingit: ait ſenibus, ſe cū Phormione collocutum: Phormioné verò, ſi ſibi do-
tis triginta minæ darentur, paratū eā vxorem accipere, quā duxiſſet Antipho. eā pecuniam
Demipho à Chremete ſumptā numerat Phormioni. is eam Phædriæ, Phædria lenoni pro a-
mica tradit. cùm hæc iam confecta eſſent, agnoſcitur Phanium. ibi verò ſenes gaudere,
quòd quas nuptias ipſi facere moliebantur, eæ ipſis abſentibus, atque inſcientibus factæ
eſſent. ſed dolebāt, ſibi periiſſe triginta minas. eas dū à Phormione, primo blanditiis, poſteà
etiā per vim eripere conātur: Phormio, qui iam de duabus Chremetis vxoribus, déque tota
re intellexerat inclamat Nauſiſtratā, eíque aperit omnia. Illa, cùm aliquandiu de viro con-
queſta eſſet, tandem placatur, filiíque ipſius iudicio omnia ſe permiſſuram pollicetur.

## ARG. PH. MELANCHTHONIS.

### PROTASIS.

CVM Antipho abſente patre puellam quandam vnicè deperiret, nec poſſet ea potiri, ni-
ſi vxorem duceret (erat enim ciuis Attica) fortè nuptiæ confectæ ſunt technis ſycophá
tæ cuiuſdam Phormionis. Is enim ex compoſito diem dicit Antiphoni, fingit puellam ei co-
gnatam eſſe, neque quenquam alium propiorem cui nubat. facile eſt vincere non repugnā-
tem. Ita legibus ducere cogitur Antipho. EPITASIS. non probatur auaro patri, vbi
rediit, factum, vt qui malebat filio opulentam aliquam & dotatam obtrudere. Quare cum
Phormione expoſtulat, cur in has nuptias ſe abſente filium coniecerit. Tandem paciſcitur
etiam mercedem, minas triginta, ſi receperit ad ſeſe puellam. Ibi verò & Antipho in diſcri-
men venit, ne per eam conditionem ipſe vnicè charam & iucundam coniugem amitteret.
CATASTROPHE. Intereà domū redit & patruus Antiphonis. hic fidem facit puellam
Antiphoni nuptam, ex ſe in Lemno ſuſceptam eſſe, vbi cum muliercula quadam conſueue-
rit, gaudétque ita caſu cecidiſſe, ſe abſente, vt is duceret, quem maximè ipſe generum cupe-
ret, & paulò antè ambibat. Ita fit vt & Antipho retineat vxorem, & nuptiæ patri probentur.
SECVNDA CATASTROPHES PARS. Porrò triginta minæ quos ludos reddi
dere? Has extorſerat Phormio: quanquam diſſimularet alteri adoleſcenti Phædriæ, qui ci-
thariſtriam mercaretur: & iam perierat pecunia: quàm cùm repoſcunt ſenes, ſycophāta pro-
dit Chremetem apud vxorem, & docet conſueſſe cum alia quadam peregrè, ſimúlque impe-
trat, vt Phædriæ id argentum condonetur. Eſtque ridicula admodum καταστροφῆς pars, vbi mu
lier maritum obiurgat, parum memorem fidei ſuæ.

## PROLOGVS.

ARG. M In hoc prologo, vt in omnibus aliis, Terentius legem Comicam negligit. Non
enim ad argumentum narrandum, & reliquum Comœdiæ corpus manifeſtandum, ſed vt pri
uatim authori ſeruiat, effictus eſt. Nam cùm ab æmulo ſuo L. Lauinio conuitiis exagitatus,
& gra

UNED

& grauiter laceſſitus ſine ſuo merito in populi contemptum ſe vereretur adduci poſſe, eodē viuus animo non calumniatur, ſed vera crimina ad defenſionem ſui impingit. Igitur quàm poteſt maximè criminando in odium perſonam rapit, & accuſando illius ignorantiá, fauorem, beneuolentiam, & attentionem à ſpectatore meretur. Status eſt iuridicialis abſolutus: nam vitia L. Lauinii apertè deſignat. * Eſt autem prologus miſtus, continens recriminationem, defenſionem & petitionem. Quare eſt ἀντικατηγορικὸς, cùm malefacta regerit. eſt & συστατικὸς, cum & fabula & Poëta commendatur. *Theſes.* 1 Imperitorum eſt, doctos conuiciis proſcindere. 2 Sæpe magis actoris virtute ſtat Comœdia, quàm Poëtæ. 3 Prologi Terentiani occaſio ſubinde ex aduerſariis ſumitur. 4 Qui quæ vult dicit, audiet quæ non vult. 5 Moderatioris ingenii eſt, non laceſſere, ſed reſpondere.

*Verſ. gen. Iambici ſenarij ſiue trimetri acatalectici.*

D. Hoc initium à deſtructione perſonæ aduerſarii ſumitur, coniūctam cum inſinuatione perſonæ Terentianæ.

POSTQVAM *Poëta vetus Poëtam non poteſt* ſiaiſi
*Retráhere à ſtúdio, & tránſdere hóminem in ótium:* *R. Al. [tradere].* bdsbiſp
*Maledíctis deterrêre ne ſcribat, parat.* aſſiſp
*Qui ita díctitat, * quas ántehac fecit fábulas,* aiſſi
*Ténui eſſe oratióne, & ſcriptûra leui:* aſſi
*Quia nuſquam [ſcripſit] inſânum adoleſcéntulum* *D. Al. [fecit].* aſidſp

*L. Proſopopœia: qua μιμητικῶς refert criminationē aduerſarii, vt imperitiam eius oſtendat.

*Ceruam vidêre, fúgere, & ſectári canes,* ſibſſi
*Et eam plorâre, orâre vt ſubuéniat ſibi.* aſſai
* *Quòd ſi intellígeret, cùm * ſtetit olim noua,* ſſadſp
*Actóris ópera magis ſtetiſſe, quàm ſua:* ſbxiii / ſbd
*[Minùs multò audâcter, quàm nunc lædit,] lǽderet:* Cſſſp / a
*Et magis placêrent, quas feciſſet fábulas.* xiſſſi / d
* *Nunc ſi quis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cógitet:* ſiſſp
*Vetus ſi Poëta non laceſſiſſet prior,* Cſiſp / a
*Nullum inuenîre prólogum potuiſſet nouus* ſbdſp
*Quem díceret, niſi habêret * cui malediceret:* ſiaſp
*Is ſibi reſpónſum hoc hábeat: in médio ómnibus* dſdiap
*Palmam eſſe póſitam, qui artem tractant Múſicam.* ſbſſp
*Ille ad famem hunc ab ſtúdio ſtúduit [reícere:]* ſidddp
*Al. [reijcere:] ſed verſus poſcit vt alterum i abijciatur.*
*Hic reſpondêre voluit, non lacéſſere.* ſsbſip

*Accuſatorem accuſatus accuſat.

*G. [ſi] nec eliditur nec corripitur.*

*L. Occupatio.

*Mu. [Minus multò audaciter, quàm lædit,] aſiſſp.*

*L. Occupatio qua excuſat neceſſitaté vt inuidiam declinet.

*G. [prologum] prima breui, quā alias produxit.*

* V. Hîc eſt ratio prologi, ἀντικατηγορικῶς præſertim.

L. *Muſicam*, Poëticam, quia hæc ars propter metricam rationem Muſicæ eſt affinis.

**Bened*

aſſſp *Benedictis ſi certâſſet, audiſſet bene:
aſaſſp *Quod ab ipſo allâtum eſt, ſibi eſſe id rellâtum
putet.
dſdſſi De illo iam finem fáciam dicúndi mihi,
dſſſp Peccándi cùm ipſe de ſe finem non [facit.]

B. [faciat?] per interrogationem. A ſed verſus non conſtat, niſi in vltima ſede brachyſyllabus pro iambo collocetur.

bſdſſp Nunc quid velim, ánimum atténdite: appórto nouam,
bdſiſp Epidicazómenon quam vocant Comœdiam
ſiſiſi Græci, Latíni Phormiônem nóminant:
aſdbſi Quia primas parteis qui aget, is erit Phórmio
aſſiſi Paraſitus, per quem res [agêtur máximé.]

R. [geretur maxumé.]

iſiſſp Volúntas veſtra ſi ad Poêtam accéſſerit,
bidſſp *Date óperam: adéſte æquo ánimo per ſiléntium:
dſſſſp Ne ſímili vtâmur fortúna, atquè vſi ſumus,
aſſſj *Cùm per tumúltum noſter grex motus loco eſt:
ſſſap Quem actôris virtus nobis reſtituit locum,
aiſſdi Bónitásque veſtra adiútans, atque æquanímitas:

*L. Prouerbium Par pari referre.
G. [id eſſe relatum] per vnicũ l. aſddſp.
*V. Hîc patet cur ſit ἀναφορικὸς, i. relatiuus prologus. nã refert quod allatũ eſt, i. accuſatorem accuſat, criminatorem criminatur.
*Epidica*Zomenos, agẽs de poſſeſsione rei, ſeu vindiciarũ.
*Epidicaſia*, lis vindiciarum.
*Phormion*, tegiculũ, quo pauimentum inſternitur: inde Phormio ſeruile nomen.
* M. Poſtulat attẽtionem.
* Per hoc D apparet Hecyram ante Phormioné actam eſſe: cui cõtigit id quod queritur, populũ ſubaccuſans.

## ACTVS I. SCENA I.

ARG. D Quod in omnibus ferè Comœdiis, in quibus perplexa argumenta ſunt, fieri ſolet: id in hac quoque Terẽtius ſeruat: vt προτατικὸν πρόσωπον, id eſt, perſonã extra argumentum, inducat: cui dum ob hoc ipſum, quod veluti aliena totâ fabulâ eſt, geſta res narratur, diſcat populus textum ex continentia rerum, ſítque inſtructus ad cætera. In hac auté ſcena, quæ docẽdi atque inſtruendi ſpectatoris cauſa inducitur, mirè extrinſecus lepores facetiæque cernuntur, & ſales Comici. Id enim eſt artis Poëticæ, vt cùm narrationi argumenti detur opera: iam tamen res agi, & Comœdia ſpectari videatur. P Hîc igitur Daui perſona extrinſecus eo animo Getã cõueniſſe videtur, vt ei redderet pecunias quas ab eo mutuas ſumpſerant, quæ dandæ erant hæræ Antiphonis vxori. V Egregiè verò affectus, & ſenſus popularium in dominos ὡς δωροφάγους conqueritur. Nanque Dauus ſui popularis peculium muneribus honorariis expilari ait. Eſt autem hæc ſequentis narrationis παρασκευή. *Theſes.* 1 Vel tenuioris fortunæ homines ditioribus donant, & frequentiús. 2 Frugalitas ſeruilis in Geta depingitur. 3 Vxores parta non tanti faciunt, ſed cuncta abripiunt. 4 Peculium multis largitionibus exhauritur. Eſt autem hîc conqueſtio de ſui Getæ infortunio. M Hominis ſtulti & inconſyderati credulitatem, qui in ſuum vſum, quod dederat, conuerſum iri arbitratus, ſeipſum bonis explet, & aliis cauſa eſt cur genialiùs viuant. Sic enim plerunque circa amatores vſu venire ſolet, qui cùm pueros ſuſcipiunt, atque matribus, aut nutricibus pecuniam pro educatione perſoluunt, tamen in vſum pueri nihil cedit, ſed à nutricibus vt plurimum omne abſumitur. Eſt ergo videndum, cui, & quo modo, & quando quippiã detur: vt bene monet Ariſtoteles.

*Verſ. gen. Et hi quoque ſenarij.*



UNED

## DAVVS ſeruus.

Danus hîc protatica perſona eſt, nihil ad argumentũ Comœdiæ ſpectãs.
*Go. Populares ſerui qui dominis populiciuſdẽ ſeruiũt.
*L. Eclipſis ſub. Rogauit.
*D. Mirè ſe applicat argumento.

AMI^CVS ſummus meus, & *populâris Geta ißddſp
[Heri] ad me venit: erat ĕi de ratiúncula iſ=ſai {iſb
Mu. [Here].
Iam prîdem apud me rélliquum [pauxíllulum] ſiſiſp
R. Al. [pauſillulum] al. [puſillulum], ſed deprauaté, ſiſiip. [relliquum] per geminum ll ſcribendum.
Numôrum: id *vt conficerem. conféci: áffero. ſidſſi
*Nam herîlem fílium eius duxíſſe aúdio iſiſſi
Vxôrem: ĕi credo munus hoc corráditur. {ſ6ijſp ſſ

*L. Exclamatio querentis de iniquitate fortunæ.
R. Al. [ditioribus?] ſbiſip. B Accepit cõparatiuum pro cõtrario poſitiui cum Minús: vt ſit, D Ditioribus pro, minus pauperibus.
Al. [defraudans].

*QVA'M INI'QVE^ comparâtum eſt, hi qui minus habent, iſiſdi
Vt ſemper áliquid addant [diuitióribus!] ſbiſap
Quod' ille vnciâtim vix [de deménſo] ſuo, {6iſſi ſ
Al. [de dimenſo]. R al. omittitur [de], ſed perperam. MU [demenſo de]. D Serui quaternos modios accipiebant frumenti in menſem: & id Demenſum dicebatur: & vtrum à menſe, an à metiendo, incertum eſt.
Suum [defrúdans] génium, compârſit miſer, iſdſſp
Id' illa vniuêrſum abrípiet, haud exíſtimans ^idiſi {ſ
Quanto labôre partum. porrò autem Geta ſijſſp

Feritur munere, nõ qui recipit, ſed qui dat præſertim inuitus.
L. *Initiabunt*, i. conſecrabũt, more Athenienſium, qui hac religione quadam Cereris ſacra colebant.

Feriêtur álio múnere, vbi hera pepérerit: absbbp
Porrò álio autem, vbi erit púero natâlis dies: dddſſi
Vbi initiâbunt: omne hoc mater aúferet: b ſſip
Pŭer cauſſa erit mittúndi. ſed [vídeóne] Getam! {6iſſap ſ
Aliàs [videón]. 6iſſap.

## ACT. I. SCEN. II.

ARG. V Eſt hîc narratio, qua argumentum huius fabulæ exponitur, P nacta Daui opportunitate illud à Geta ipſo audituri. Ritè ergo Poëta deſyderatum ipſi Getæ Dauũ proponit, quem ea fiducia alloquitur, vt ſibi argentum ab eo reddi, ita vt ſit, ſperet. B illi deinde narrat quò ſint profecti ſenes Demipho & Chremes. Qua occaſione cœperit amare Demiphonis filius Antipho: L & quomodo captus amore virginis, eam opera paraſiti vxorem duxerit. V *Theſes*. 1 Peruerſum eſt ſeculum, quo ſoluenti debitum agẽdæ ſunt gratiæ. 2 Multa incommoda accidunt domi, vbi domini peregrè abſunt. 3 Improbus magiſter, improbus diſcipulus. Qualis rex, talis populus. 4 Aduerſus ſtimulum calcitrare, difficile eſt, & inſcitia. 5 Indulgentia corrumpit diſcipulos. 6 Amatores malè numati non ſunt grati puellis & accepti, itaque oculos tantùm paſcant. 7 Spectando puellam magis ardeſcit amator. 8 Paupertas multis præſertim amatoribus onus graue eſt. 9 Eſt duplex pulchritudo, genuina, & affectata. 10 Lex Attica honeſtatem matrimonii in puellis honeſtis & generoſis exigebat. 11 Conſenſus patris in matrimonio requiritur.

12 Phorm

12 Phormiones nihil non ſui ventris gratia agunt. 13 Quod fors fert, ferendum eſt æquo animo. [M] Quàm violenta res ſit amor, quæ præter ſe nihil penſi habet, ſed quencunque occupat, hunc in pernicioſiſſimos quoſque laqueos ducit, vt nec verecundiæ ampliùs meminerit, nec bonorum morum reſpectum vllum habeat, ſed parentes iuxtà àc patriam, genus, nomen, famamque in diſcrimé adducere negligit, hac ſcena exprimitur. Quantulum enim differt ab inſania amor. Cicero Tuſculanarum quarto, Maximè autem admonendus eſt adoleſcens quãtus ſit furor amoris. Omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profectò nulla vehementior, vt ſi iam illa ipſa accuſare nolis, ſtupra dico & corruptelas, & adulteria, inceſta denique, quorum omnium ſi accuſabilis eſt turpitudo. Sed vt hæc omittamus, perturbatio ipſa mentis in amore fœda per ſe eſt Et paulò anté, Hæc lætitia quàm turpis ſit, ſatis eſt diligenter attendentem penitus videre. Et vt turpes ſunt, qui efferunt ſe lætitia tum, cùm fruuntur Venereis voluptatibus: ſic flagitioſi, qui eas inflammato animo concupiſcunt. Totus verò iſte, qui vulgò appellatur amor (nec hercle inuenio, quo nomine alio poſſit appellari) tantæ leuitatis eſt, vt nihil videam, quod putem conferendum. Quẽ Cæcilius, Deum qui non ſummum putet, Aut ſtultũ, aut rerum eſſe imperitũ exiſtimet, Cui in manu ſit, quem eſſe dementem velit, Quẽ ſapere, quem ſanare, quem in morbum iniici, Quẽ contrà amari, quem accerſiri, quem expeti. Plato in Sympoſio. Etenim vulgaris communíſque Veneris amor reuera eſt & ipſe vulgaris: & quæcunque contingit, peragit. Atque is eſt quo praui abiectíque homines amant. Amant porrò fœminas & corpora magis, quàm animos, & ſine mente potiùs, quàm prudentes. Ad explendum ſanè deſyderium inhiant: honeſtè verò nécne expleant, omnino non curant. Quo fit, vt quodcunque fors illis offert, exequantur, & bonum ſimiliter atquè malum. [V] *Narrationis diſpoſitio.* 1 Ex affectu læta, propter facti feliciorem ſucceſſum. 2 A loco ſcenica. 3 Ex ordine naturalis. Currit enim à principio per medium vſque ad finem. 4 Ex effectu ἀποφαινομένη. Oſtendit enim ſimpliciter, vt ab Anthiphone vxor ducta ſit. 5 Ex membris ſeu partibus eſt περιοχικὴ, perſpicua & probalis. Sunt autem membra, peregrinatio ſenum, curatio ſeruo delegata, amor alterius adoleſcentis, puellæ deſcriptio, Phormionis dolus. 6 Perfecta, cùm cunctas habeat partes. 1 Perſona eſt Antipho. 2 Negotium vel res facta, ducta vxor indotata. 3 Tempus, quia abſens erat pater in Cilicia. 4 Modus, quia prudenter & voluntariè duxit, ſed dolo Getæ & Phormionis. 5 Locus, Athenis. Itaque legis Atticæ natura obſeruatur. 6 Cauſa eſt amor, quo adductus, ſibi puellæ copiam ab anicula fieri cupiebat. Hîc quoque multæ occaſiones paſſim ſunt interſperſæ, vt tota narratio ſit perſpicua, & probabilis.

*Verſ. gen. Rurſus & hi iambici ſenarij ſiue trimetri acatalectici.*

## GETA *ſeruus.* DAVVS.

ſſſſſi *SI QVIS *me quæret rufus.* D. *præſtò eſt, déſine.* G. *oh,*

aiſdſp *At ego óbuiàm conâbar tibi Daue.* D. *áccipe, hem:*

ſdſſj **Lectum eſt, conuéniet númerus quantùm débui.*

iſdip G. *Amo te, & non neglexíſſe hábeo grátiam.*

ſſſdſb {ſſſdſi D. *Præſértim vt nunc ſunt mores: ádeò res [rédijt,]*

ſſiſp *Si quis quid reddit, magna habênda eſt grátia.*

ſibiſp *Sed q̃d tu es triſtis?* G. **egóne!* **neſcis quo in metu, &*

{ſiixſi ſiil *Quantò in [perículo ſim.]* D. *quid' iſtuc eſt?* G. *ſcies,*

*Mu. periclo ſim.* ſiſiſi. [R] *al. [periculo ſimus.]* ſſaxiſi: *& eliſo s in ſimus; & d in [quid].* ſſiaſi. *Al. [ſim!]* [D] *Pronuntiantis & interrogantis eſſe poteſt.*

*D. ἀποσιώπησις ſecũda. nã apparet plura dicturum fuiſſe.

Dauus protatica perſona, cui Geta exponit occaſioné fabulæ.

* L. Elegãter dictũ pro bono & probo.

*Al. [redit,]* ſſſdſp.

*V. Attentionis eſt.

[D] ὑπόθεσις Comœdiæ.

*D. Duæ perturbationum bigæ ſunt: à malis vna, ex cupitis altera. Ergo à malis bigis præſentis tẽporis po-



UNED

*Modò vt tacêre poſſis.* D.* *abi ſis, inſciens:* { iiixſi / iiid
*Cuius tu fidem in pecúnia perſpéxeris:* { ſxiiſp / ſi
*Verêre [verba ei] crédere! vbi quid mihi lucri eſt*
*Mu. [ei verba]*, iſibdi: *vel* iſibdi. { iiſbdi / iiſ
*Te fállere!* G. *ergo auſcúlta.* D. *hanc óperam tibi dico.* ſiſddi
G.* *Senis noſtri Daue fratrem maiôrem Chremem* { 6iſſp / a
*[Noſtíne?]* D. *quid ni!* G. *quid? eius gnatum Phǽdriam?* { ſixſſp / ſiſ
*Si legatur [Noſtin'] verſus optimè habebit,* ſſiſp: *al. omittitur [quid] ante [eius], ſed perperam.*
D. *Tanquam te.* G. *euênit ſénibus ambôbus [ſimul,* ſſdiſp
*Iter] illi in* * *Lemnum vt eſſet, noſtro in* * *Ciliciam* aſiſdp
*Ad hóſpitem antîquum: is ſenem per epiſtolas* iiſiai
*Pellêxit,* * *modo non* MONTEIS AVRI *pól-licens.* ſdſſſi
D. *Cui tanta erat res, & ſupérerat!* G. *déſinas:* ſiſbſi
* *Sic eſt ingénium.* D. *oh, regem me eſſe opórtuit.* ſdſſip
G. *Abeúntes ambo [hinc] tum ſenes, me filijs* aſiiſi
D. *Al. [hic].*
*Relinquunt quaſi magiſtrum.* D. *ô Geta, prouinciã* ididſp
*Cepiſti duram.* G. *mihi vſu vênit hoc, ſcio:* { ſſxſi / ſſſ
*Mémini relinqui me,* * *deo iráto meo.* aiſiſi
*Cœpi aduerſári primó. quid verbis opus eſt!* { ſſſſa / ſſſſi
*Seni fidêlis dum ſum,* * *ſcápulas pérdidi.* iiſdſi
D. *Venêre in mentem iſtæc mihi: [nam quæ inſcítia eſt* ſſaſi
R. *Al. [nanque inſcitia eſt, Aduorſum ſtimulum calces:]* D *Hoc dictum & ſuperiori perſonæ eſſe poteſt, & alteri.*
* ADVORSVM *ſtímulum calces!]* G. *cœpi his ómnia* ſdſſp
*Fácere, óbſequi quæ vellet.* D. * *ſciſti* VTI FORO. aiſſi
G. *Noſter mali nihil quicquam primó: hic Phǽdria* { ſi6ſſp / ſiſ
*Continuò quandam nactus eſt puéllulam* dſſiip
*Citharíſtriam: hanc amâre cœpit [perdité.]* aiiiſi
*Al. [perditus.]* aiiiſp.
* *Ea ſeruiêbat lenóni impuriſſimo:* aiſſi
*Neque quod daretur quicquam, id curârant pa-tres.* aiſſi

*Reſt*

riculum eſſe dicimus, & futuri metum.

*L. Reprehenſio, quam confirmat à maiori.

* D. Mirum compendium narrationis, quaſi per interrogationem fecit, ne ex alto repeteret.

*Mu [ſimul Iter,]*

*B. Lemnos inſula eſt in mari Ægeo.

* Cilicia regio eſt in minori Aſia.

*E. Prouerbialis hyperbolæ de iis qui immenſa promittunt.

*D. Præparatio bona, qua & diues & auarus deſcribitur Demipho, vt indotatas nuptias filii ferre non poſſit.

*L. Prouerbiale Genius malus. D & bene Meo, ne eſſet ἀμφίβολον.

Prouerbia quã maximè inter ſe diuerſa.

*L. Cædendo ſcilicet.

*D. παροιμία cum ἔκλειψις. deeſt enim iactare. Stimulum pro domino adoleſcente poſuit.

*L. Prouerbium in eos qui ſe tempori accommodant.

*Puellulã*, ab ætate: *citharistriam*, ab arte laudat.

*Magna Præparatio ad rerum difficultatem imminẽtiũ: Puellula citharistria, auarus leno,

*Reſtâbat álind nihil, niſi óculos páſcere,* — amator perditus inopia.
*Sectári, in ludum dúcere, & redúcere:*
*Nos otióſi óperam dabâmus Phǽdriæ.*
*In quo hæc diſcêbat ludo, ex aduôrſum [ ei loco ]* — D. Aliàs [ ilico ], ſſſſſi & annotatur ex abũdanti additum, vt apud veteres multa sũt
*Tonſtrîna erat quædam: hîc ſolebâmus ferè*
*Plerúnque eám opperíri, dum inde iret domum.*
*Intéreà dum ſedêmus [ illic, ] intéruenit* — D. [ illî ]: & verſus melius habet. dſiiſp.
*Adoléſcens quidam lácrumans. nos mirárier.*
*Rogâmus quid ſit: * Nunquam æquè, inquit, àc modò,* — * L. Proſopopœia cõmiſerâtis. & eſt occáſio amoris Antiphonis.
*Paupértas mihi onus viſum eſt & miſerum, & graue.*
*Modò quandam vidi vírginem [ hîc ] vicíniæ* — R. Al. [ huic ].
*Míſeram, ſuam matrem lamentári mórtuam.* — Miſeram, ob affectum ſcilicet.
*Ea ſita erat ex aduórſo, * neque illi benéuolens,* — * V. πάθος à ſolitudine.
** Neque notus, neque [ cognâtus, ] extra vnam aniculam,* — Al. [ vicinus, ] — * D. αὔξησις fit: quia res minuitur, creſcit ſententia.
*Quiſquam áderat, qui adiutâret funus. miſéritum eſt.*
** Virgo ipſa fácie egrégia. quid verbis opus eſt!* — * Laus à forma. D. A fortuna indignatio.
*Commôrat omnes nos. ibi continuò A'ntipho,* — Occaſio qua Antipho amare cœpit.
*Voltísne eâmus víſere? álius, Cénſeo.*
*Eâmus. duc nos ſodes. * Imus. vénimus.* — * D. ἀσύνδετον primũ per βραχυλογίαν.
*Videmus: * virgo pulchra, & quò magis díceres,* — * Mira genuinæ formæ deſcriptio.
*Nihil áderat adiuménti ad pulchritúdinem:*
*Capillus paſſus, nudus pes, ipſa hórrida:* — * D. ἀσύνδετον tertiũ.
** Lácrumæ, veſtîtus turpis: * vt ni vis boni* — * L. Laus pulchritudinis à natura.
*In ipſa inéſſet forma, hæc formam extinguerent.*
*Ille, qui illam amâbat fidícinam, tantúmmodò*
*Satis, [ inquit, ſcita eſt. ] * noſter veró. D. iam ſcio:* — R. Aliàs [ ſcita, inquit. ] iſſſſi.
*Amâre cœpit. G. * ſcin' quám! quò euâdat, vide:* — Scita, id eſt, bella, modeſta.
*Poſtrídie ad anum rectà pergit: óbſecrat,* — * D. Apoſiopeſis.
*Vt ſibi eius fáciat cópiam. illa enim ſe negat:* — V. Anum, quæ puellæ cuſtos aderat. — Enim, id eſt, veró. — D. Se negat, Copiã facturã ſubauditur.

G. [ Vt eius ſibi faciat copiam. illa enim negat: ] ſſiip: & [ eius ] facto monoſyllabo, iſſiip. Mu [ illa enim ] per ſimplex l, reiecto [ vt ] in præcedentem verſum, ſbſſib: idſbſp.

*Laus à loco, àperſona, à maioribus.

*Neque eum æquum ait ſácere: *illam ciuem eſſe Atticam,* aiaſſp

*Bonam, bonis prognâtam: ſi vxôrem ſvelit,* iſſſp

D. Vel ſvelit Lege, id].

*Lege id licêre ſácere: ſin áliter, negat.* ſibiap

D. Neſcire, id eſt, neſciebat.

*Noſter quid ágeret, neſcîre: & illam dúcere* ſbſ×ſp ſaſi

Alia cauſſa litis futuræ.

*Cupiêbat, & metuêbat abſêntem patrem.* aiaiſp

*D. Non ſi ſrediſſet pater, eiſ véniam daret?* ſidiap

Mu. ſrediiſſet ei pater, ]ſaaiap.

*G. Illé ne indotâtam vírginem, atque ignóbilem* *ſſſp a

*D. Deeſt Rogitas! & eſt ἀποσιώπησις quarta.

*Daret illi! nunquam fáceret. D. quid ſit dénique?*

*G. *Quid fiat! eſt paraſîtus quidam Phórmio,* aſdſſp ſiaſſi

Al ſperdiuit)].

*Homo confídens: qui (illum dij omnes ſpérduint)]* iſſſſi

Phormionis fictũ conſilium.

*D. Quid' is ſecit? G. hoc conſílium, quod dicam, dedit:* ſidſſp ſ

Attica lex.

*Lex eſt, vt orbæ, quiſſint] génere próximi,* ſiſdii

Al. [ſunt].

Al. [His.]

*ſ Eiſ nubant: & illos dúcere eádem hæc lex iubet.* ſ×ſbſp ſd

*L. Proſopopœia ex pſona paraſiti.

** Ego te cognâtum dicam, & tibi ſcribam dícam:* aſſdſp

D. Dicã, ſuprà, verbum: infrà, nomen eſt totidem literis diuerſo accentu.

*Patérnum amîcum me aſſimulâbo vírginis:* iiſaip

*Ad iúdices veniêmus: qui ſúerit pater,* ſiaſap

R. Al. ſquæ], ſed mẽ doẽ. qui, i. vnde, D quomodo, & qua ratione.

*Quæ mater, ſqui ſcognâta tibi ſit, ómnia hæc* ſiſbii

*Confingam: ſquod ſerit mihi bonum, atque cómmodum.* ſddiip

R. ſ Quòd, ]pro quatenus, καθ' ὅτι, vel καθ' ὅσον.

*ſCùm tu horum nihil reſélles, ]vincam ſcilicet.* ſiiſp ſſ

D [*Cum tu horum nihil refelles?* ] *hoc interrogatiuè pronuntiandum est.* B *Subaudi Quid ſit? aut aliquid tale.*

*Pater áderit: mihi parátæ lites: quid mea!* ×diſi

* D. Deeſt Audio ex te, aut Dicis.

*Illa quidem noſtra erit. D. *iocuiârem audáciam.* dſiaſp

*D. ἀσύνδετον & αὔξησις per incrementum.

*G. Perſuâſit hómini: *factum eſt. ventum eſt. vincimur.* ſbſſſp

*D. Admirãtis vox eſt, non interrogãtis.

*Duxit. D. *quid narras! G. hoc quod audis. D. ô Geta* ſſiiſp

*Quid te futûrũ eſt! G. néſcio hercle. vnum hoc ſcio:* ſiſiſi

Sententia moralis.

*Quod ſors feret, ferêmus æquo ánimo. D. placet:* ſiiiap

*Conſolatio laudatoria.

**Hem iſtuc viri eſt officium. G. in me õmnis ſpes [eſt mihi.]* ſaſſi ſidd

Mu. [mihieſt]. ſidſſi.

*D. Laudo. G. ad precatôrem ábeam credo, qui mihi* ſidſſi

Sic

ſſiſp *Sic oret:* Nunc [omitte] quæſo hunc: cæterùm*
{ſſ.iſp ſſſ *Poſthac ſi quicquam, nihil precor: [tantúmmodo]*
Al. [tantùm modò]
ſbdbſi *Non ſaddat, [Vbi ego hinc abiero, vel occidito.*
Al. [addas,] GO [cadas.] ſddbſi.
iiiſap D.* *Quid ille pædagôgus, qui citharistriam?*
{xidiſp ſ *Quid rei gerit?* G. *ſic tenúiter.* D. *non multum habet*
ſſiap *Quod det fortáſſe.* G. *immo nihil, [niſi] ſpem meram.*
adiſſp D.* *Pater eius rédijt, an non?* G.* *nondum.* D. *quid? ſenem*
aſſſi *Quoad expectâtis veſtrum?* G. *non certum ſcio:*
abiſſp **Sed epiſtolam ab eo [eſſe allâtam] audíui modò, &*
Mu. [allatam eſſe].
ſiiſp *Ad portitóres eſſe delâtam: hanc petam.*
ſbſſai D. *Nunquid Geta áliud me vis?* G. **vt bene ſit tibi.*
aſdſi **Puer heus: nemón' huc prodit?* cape, da hoc Dórcio.* In [huc] h vim habet conſonantis: vel legendum [nemóne], nam huiuſmodi apocope vocalem præcedentem, etiam natura longuam corripit.

R. [amitte], id eſt, dimitte. *Oratio precatoris ad dominum mittendi: D Mimeſis: L Proſopopœia.

*Vrbaniter de Phædria inquirit. E. Al. [præter], ſſdſſp *D. Chremes ſcilic. *D. Sub. Venit. *D. Præparatio inopinati aduentus ſenis. * D. ἀρχαϊσμὸς, pro Nihil. *D. Moralis expreſſio. nam eos vocat, quibus initio egrediens, dicebat, Si quis me q. r. *D. Ad κωφὸν πρόσωπον loquitur.

## [ACT. I. SCEN. III.] Al. [ACT. II. SCEN. I.]

ARG. L Querela Antiphonis metuẽtis patrem, & Phædriæ correptio: D éſtque comparatiua qualitas in hac ſcena inter Antiphonis vitam, & Phædriæ. Genus cauſæ demonſtratiuum. contendũt autem, vter magis miſer ſit. V Antipho docet præcipitis & temerarii conſilii comitem eſſe pœnitentiam. Phædriæ autem oratio à loco communi ducta eſt, quòd ſcilicet noſtra nobis ſordeant, aliorum improbas fortunas admiremur. L Eſt autem protaſis fabulæ. D Atque hîc mirè exprimitur color vitæ eorũ, qui id, quod immodicè concupierint, ſpernunt, poſtquàm euenerit: quod apertiore ſententia oſtendit Poëta, dicendo, Noſtri noſmet pœnitet. V *Theſes.* 1 Temerarium incœptum authorem triſtitia afficit. 2 Prudentis eſt proſpicere quænam futura ſunt. 3 Cupidi facilè per alios compelli poſſunt. 4 Tolerabilior eſt moleſtia aliquot dierum, quàm quotidiana & perpetua. 5 Amatores ſunt faſtidioſi. Mox enim res petitas dum habent faſtidiunt. 6 Vxor ſit liberalis, ingenua, ſine mala fama. 7 Sera eſt pœnitentia poſt factum. Eſt autem controuerſia inter duos adoleſcẽtes, vter eorum ſit miſerior, cœlébsne, an maritus. In Antiphone eſt ἐπαγγελία. Exponit enim ſuam infelicitatem à periculo, cùm patrẽ reuerſum extimeſcat: ab imprudentia, cùm Phormioni ſuaſori contra honeſtatem paruerit: ab incommodo, cùm cruciatus futurus ſit non aliquot dierum, ſed perpetuus. M Quæ temere ſuſcipiuntur, nec paratum ſecum conſilium apportant, illorum pœnitentiam nos quamprimum ſubſequi ſolere, docet hæc ſcena. Nam cùm animus præſentibus voluptatibus occupatus nihil prouidentia conſyderat, ſibiipſi quæ recta eſſe poſſent non cõſulit: vnde mox cùm ad ſe redit, ad pœnitentiam mouetur, quæ cùm locum nouo conſilio reparare poteſt, tempeſtiua eſt & commoda: ſi autem talis ſit, vt mutare conſilia non poſſit, proxima deſperationi dicenda eſt. Nam cùm conſcientia mille teſtes, quæ ſemper in memoriam turpis rei factum reuocat, quieſcere conſcii ſibi non poſſunt: ne tunc quidem cùm omni ſpe depoſita, portum non ampliùs inquirunt. Seneca libro quinto Epiſtolarum, Quid autem prodeſt recondere ſe, & oculos hominúmque aures vitare? bona conſcientia turbam aduocat, mala etiam in ſolitudine anxia atque ſollici-

ta eſt.Si honeſta ſunt quæ facis,omnes ſciant.Si turpia,quid refert neminem ſcire,cùm tu ſcias?

*Verſ.gen.Septimus eſt trochaichus tetr.acat.Reliqui omnes iambici,iíque tetrametri,excepto vndecimo dimetro:atque omnes acatalectici,exceptis primo & quinto catalecticis, & quarto,qui (ſi in eo non abundet[ſis])fuerit hypercatalecticus.*

Querela adoleſcentis continens protaſin, & peccati expoſitionem.

## ANTIPHO, PHAEDRIA *adoleſcentes.*

*D.Sic veteres genitiuo caſu proferebant.multipliciter enim declinatur: & Aduenti,& Aduĕtus.ſic in Andria.Nihil ornati, nihil tumulti.

*Bene timẽs inducitur Antipho, vt ſit cauſa fugiendi. Ad hoc enim fugiet,ne ad amittendã coniugem cogatur à patre ante errorem fabulæ patefactum.

Antipho timidus, Phædria audax.

*Al.[impuliſſet],* ſbtſddt-.

*L.Occupatio,quę ſoluitur à tempore.

G. *Al.[Si non],* ſiiſſai: *vel* ſiiſſai.

*D.* εἰςωνία,pro Nõ audio: hoc eſt, nihil dicis.

*L.Corripit immodeſtiã, & collatione ſui auget.

*D. Hoc cum pronũtiatione infert.

A·DEO'N' *rem rediiſſe vt qui mihi conſúltum [óptimè vélit eſſe,]* { adſdſuo adſdſdiu
*Mu.[eſſe optumè velit],* adſdſſii.

*Phǽdria,patrem [extimêſcam,] vbi in mentem eius* diiiſiſp
* *aduénti [vĕnit!]* *Al.[vt extimeſcam,]* daiiſiſp.
D.*Legitur & [aduenit!]*

*Quòd ni fuiſſem incógitans,ita eum expectârem, vt par fuit.* ſiſiaſſp

P.*Quid iſtuc eſt!* A.* *rógitas,qui tam audâcis facinoris mihi cónſcius ſis!* { cdſſſdi- ſ
*Iambicus hyperc.vel* [G] *in eo abundat[ſis]:vel illud* [Mu] *transferendum in ſequentem verſum:* [A] *in quo tunc & d elidendum in [quod], & ſynæreſi facienda in[Phormioni],* dſſſſſiv.

*Quod v'tinam ne Phormióni id ſuadêre in mentem incidiſſet,* { bſiſſſu aſi

*Neu me cúpidum eò [compulíſſet,] quod mihi princípium eſt mali.* sbſiſaai

* *[Non] potîtus eſſem:fŭiſſet tum [illos mĭhi] ægrè áliquot dies.* { ttſſaa- ttſſdt-
*Al.[mihi illos]* ttxxſſdt-: *vel ſic,* tſſſſdt-, *facta eliſione us in [potitus], & ſynæreſi in [fuiſſet] & [mihi].* [D] *Quidam totum interrogatiuè pronuntiant: nempe, [fuiſſet tum illos mihi ægrè aliquot dies?*

*At non quotidiâna cura hæc ángeret ánimum.* P. * *aúdio.* ſiiisbii

A.*Dum expécto, quàm mox véniat,qui ádimat hanc mihi conſuĕtúdinem.* ſiddiaſp

P. * *A'liis quia deſit,quod amant,ægrè eſt:tibi quia ſúpereſt,[dolet.]* aadſdbip
*Al.[dolet!]* [D] *Scire debemus & pronũtiatiuè, & per interrogationem hoc ipſum pronuntiari poſſe.*

* *Amôre abúndas Antipho.* iiſi
G. *Eſt* ἐπῳδὸς *ad priores verſus.*

* *Nam*

diſſiſi * *Nam tua quidem hercle [certò] vita hæc expêtenda optândáque eſt:* Al. [certè].

adſeſibi * *Ita me dij bene ament, vt mihi líceat [tam diu] quod amo frui,* Mu. [tandiu].

ſibidip *Iam depaſcici [morte] cúpio: tu coniicito cætera,* Al. [mortem], ſiſdidip.

adidiſſi * *Quid ego ex hac inópia nunc cápiam, & quid tu ex iſtac cópia.*

ſadiſp * *Vt ne addam, quòd ſine ſumptu ingénuam, liberâlem nactus es:*

adſdiſp *Quod habes, ita vt voluíſti, vxôrem ſine mala [fama. * palàm]* Al. [fama palàm.] D Multi ad ſuperius iungunt Palam.

ſbſiſp *Beâtus: ni vnum hoc deſit, ánimus qui modéſtè iſtæc ferat.*

ſaſiſſi ſaſiſ * *[Quòd] ſi tibi res ſit cum ĕo lenône, quo cum mĭhi eſt, tum ſéntias.* D. [Et].

aſaſſi *Ita plerîque ingénio ſumus omnes,* * NOSTRI NOSMET POE'NITET.

ſaſiſp A * *At tu mihi contrà nunc vidêre fortunâtus Phædria,*

ſidiſi *Cui de integro eſt potéſtas étiam conſuléndi, quid [velis]*

aibiiſp *Retinêre, amâre, [amittere.] ego in eum íncidi infélix locum,*

dſiſaſp dſ *Vt neque mĭhi eius ſit amitténdi, nec retinéndi cópia.*

ſbſij *Sed quid [hoc] eſt! * vídeóne ego Getam currêntem aduenîre" [huc!]* G. [huc aduenire], ddbiſſio. Mu [Sed hoc quid eſt? videón' ego aduenire huc currentem Getam?] iibiiſſp.

ibiſaſp ſ *Is' eſt ipſus: * hei tímeo miſer, quam" [hic] mihi nunc [rĕ núntiet.]* G. [nuntiet rem.] ſibidſio: vel ſibidſio, tranſlato [is] in præcedentem verſum, in quo legatur [huc aduenire is]. Mu [Is ipſu' eſt. PH. timeo miſer, quam nunc mihi hic rem nuntiet.] idaſiſp.

* V. Confirmatio eſt ab optabili vitæ genere.

* D. Opportunus locus, in quo oſtédatur quàm magno amore ſit poſſeſſus Phædria, cui par impenditur argumentum.

* L. Collatio. V ἀντιθέσις & paranomaſia ſuâ infelicitatē illuſtrat.

* D. σχῆμα παράλειψις. L Præteritio.

* V. Epiphonema eſt, beatus præſertim qui ſua ſorte contentus viuit.

* V. A ſuo infortunio amplificat.

* Adagium. L Vera ſententia.

* Felicem dicit eò quòd non amet nuptam.

Al. [Velis:] cum diſtinctione.

R. Al. [admittere.] ſed mendoſè.

* V. Paraſceue eſt ad ſequentem ſcenam.

In [hoc, huc] & [hic] h vim habet conſonātis.

V Semper enim me tuit nimiùm præſaga mali meas.

## ACT. I. SCEN. IIII.

ARG. D In hac ſcena ſerui concurrentis officium eſt, tendens ad perturbationem Antiphonis,

tiphonis, quem oportet abeſſe è conſpectu patris vſque ad cognitionē rerum, & καταστροφὴ fabulæ. V Initiò ſeruilis eſt trepidatio ac deliberatio imminente infortunio, B vbi ſenem è Cicilia rediiſſe intellexit: P quo etiam nuntio à Geta ad Antiphonem perlato, illum adeò reddit trepidantem & meticuloſum, vt ante conſpectum patris, quamuis à Geta confidenter inſtructus, comparere minimè ſit auſus: imò properè abſcedit, V atque ex conſcientia ita perturbatur, vt nuſquam animo conſiſtat. Phædria tamen conſilium init, quo iratum ſenem placaret, quem Geta conſulendo adiuuat. P Remanent igitur allocuturi ſenem Geta & Phædria, ac ſeſe mutuò in illum inſtruunt exortātúrque. L Atque hic eſt initium epitaſeos: V & tota hæc ſcena eſt ſuaſorii generis. *Theſes.* 1 Malè ſibi conſcii perturbatiſſimi ſunt. 2 Dies reuelat omnia. Nam nihil tam occultum, quod non dies pateſaceret. 3 Tam locutione ſeruili parentes irati incēduntur, quàm taciturnitate inſtigantur, & purgatione fruſtra laborant. 4 Seruorum eſt côuaſare aliquid, & fugitiuum eſſe. 5 Heri vt plurimùm ſunt imperioſi, & monoſyllabi. 6 Malè ſibi conſcii tribus verbis vix auditis magis perturbantur. 7 Serui inſidioſè heris ſuis ſuccenturiare ſolent. M Nihil eſſe inſtabilius, & minùs diu durans voluptate ea, quæ ex amore temerario oritur, hac ſcena exprimitur. Et ferenda eſſet voluptas, ſi non ſemper magis fine ſuo læderet, quàm anteà vnquam iuuiſſet: quare profectò non hominum, ſed beſtiarum iudicanda eſt, Seneca ad Lucilium? Dimitte illas voluptates turbidas magno leuandas. Non venturæ tantùm, ſed præteritæ nocent. Quemadmodum ſcelera, etiam ſi non ſint deprehenſa cùm fierent, ſollicitudo non cum ipſis abiit: ita improbarum voluptatum, etiam poſt ipſas pœnitentia eſt. Non ſunt ſolidæ, non ſunt fideles: etiam ſi non nocent, fugiunt: Aliquod potiùs bonum manſurum circunſpice. nullum autem eſt, niſi quod animus ex ſe ſibi inuenit. Sola virtus præſtat gaudium perpetuum ſecurum. Quod & Plautus in Amphytrione prodidit, Satin' parua res eſt voluptatum in vita atque in ætate augenda præquam quod moleſtum eſt? ita cuique comparatum eſt in ætate hominum, ita diis placitum, voluptati vt mœror comes conſequatur, quin incommodi plus malíque ilico adſit, boni ſi obtigit quid.

*Verſ. gen. Trochaici duo & viginti: è quibus vnus monometer hypercatalecticus, ſiue fragmentum ex anapæſto & dactylo, nempe duodeuiceſimus: vnus dimeter cat. nempe decimuſquartus: vnus tetrameter acat. videlicet vndecimus, qui & iambicus tetrameter hypercatalecticus cenſeri poteſt: & vndeuiginti tetrametri catalectici: nempe ſecundus, vndeuiceſimus cum tredecim ſequentibus, & triceſimuſquintus, cum tribus ſequentibus. Reliqui omnes ſunt iambici, iique acatalectici, excepto decimoſeptimo catalectico tetrametro: ex catalecticis verò ſedecim ſunt trimetri, videlicet ſeptimus, & vndequadrageſimus cum quatuordecim ſequentibus ad finem vſque ſcenæ: & quatuordecim tetrametri, nempe primus, tertius ac tres ſequentes, octauus & duo ſequentes, duodecimus ac ſequens, quindecimus ac ſequens, & triceſimuſtertius ac ſequens.*

Protaſis, & conſultatio quomodo placent ſenem.
* L. *Te*, pro Tibi, quod vſitatius eſt: *Impendēt*, imminēt.
*V. Ratio. Confirmat à neceſſitate, Quia: cōſilii inops eſt.
*Al. [abſtraham:]*
* D. Bene, *Noſtra*: quia ipſe partem maximam culpæ ſuæ tenet vt magiſter.

GETA. ANTIPHO. PHAEDRIA.

NVLLVS' *es Geta, niſi áliquod iam tibi conſilium célere repéreris:* {xbadddbp ſ

*Ita [nunc imparâtum ſúbitò] tanta *te impéndent mala:* a ſatſtv
G. *Si a in [ita] quis longari credat, hic erit iambicus acat.* iſidſiſp. Mu *[ſubitò nunc imparatum]*, biſiſiſp.

**Quæ neque vti deuîtem ſcio: neque quo modo me inde [éxtraham:]* dſſbiiſp

*(Nam non poteſt celári* noſtra diútiùs iam audácia)* ſiſſaiſp

*Quæ ſi non aſtu prouidêntur, me aut herum peſſúndab* ſſiſiſi

*dabunt.*

ſſſiſi A.* *Quidnam ille commôtus venit!* G. *tum,* témporis punctum mihi*

idiſi *Ad hanc rem est: herus adest.* A. *quid iſtuc [est mali!]* *Al. [mali eſt?]* G *ſed verſus non conſtat.*

ſidiaſi G.* *Quod cum audíerit, quod eius remédium inuéniam iracúndiæ!*

ſſſiap **Loquárne! incéndam. táceam! inſtígem. purgem me!** LA'TEREM *lauem.*

ſdsbaaπi- **[Eheu] me miſerum: cùm mihi páueo, tum [A'ntipho me excrúciat ánimi:]* G. [Heu] & *[me excruciat animi Antipho]* ſadbſbai.

ſſdſiſi- ſaſaſat **E'ius me miſeret: ei nunc tímeo: is nunc me rétinet: nā abſque eo eſſet,* Go. *Tollendum [eſſet],* ſdadſdſi: *aut notandum nouum erit locutionu genus: aut ita oratio diſtinguēda, [nā abſque eo eſſet Rectè: ego mihi vidiſſem,]* A *Muretus reiicit [Eſſet] in ſequentem verſum, qui tum ita dimetietur,* ſdaſaxſp: *& eliſo s in [vltus]* ſdaſaſſp.

diſſiſp *Rectè ego* mihi vidíſſem, & ſenis eſſem vltus iracundiam.* G. *Hic cenſeri poteſt trochaicus cat.* daſatſtυ. R *Al. omittitur [ego]. ſed perperam,* iiſdiiſp, *vel* iaſatſtυ.

aſſdſai *A'liquid conuaſáſſem, atque hinc me conícerē [prótinus] in pedes.* D. *[protinam] fuit: & ſic Nigidius legit,* aſſsdſii.

tſſυ A. *Quam hic fugam, aut furtum parat!*

aſdiſiſi G.* *Sed vbi Antipônem repériam! aut qua quærere insiſtam via!*

ſidſſiſp P.* *Te nóminat.* A. *néſcio quod magnum hoc núntio expêcto malum.*

ſiiaiaυ [P. *Ah, ſanúsne es!*] G. *domum ire pergam: ibi plúrimum eſt.* P. *reuocêmus* Go. *[P. An ſanū ne es?] vt ſit monometer,* ip: *deinde, [G. Domum ire pergam, vbi plurimum eſt. P. reuocemus hominē. A. ſta ilico. G. hem,] ſit iambicus tetrameter acat.* iiaiabſp.

{atυ ad} *Hóminem.* A. *ſta ílico.* G. *hem,*

{ſattſdtυ a} *Satis pro império quiſquis es.* A. *Geta.* G. *ipſe eſt, quē vólui óbuiam.* G. *Hic videri poteſt iambicus tetr. acat.* idſiiſap.

aſſſſi- A.* *Cedò quid portas óbſecro? atque id (ſi potes) verbo éxpedi.*

G. *Fác*

* V. Hæc ſecum admirabundus loquitur.
*L. Difficultas à tempore.
*D. *Quod*, Scilicet Quod vxorem duxit Antipho. Bene verò hoc non addit. ſecum enim loquitur.
* L. Subiectionis ſchema cū prouerbio.
*M. Id eſt, inutilē operam impendā. D παροιμία, πλίνθον πλύνεις.
* Exclamatio ſtupentis, V qua πάθος mouet.
* D. Figura πολύπτωτον *Eius, Ei, Is.*
L. *Abſque*, prò niſi, aduerbialiter,
*D. Vt dicimus, Vide tibi, & Videte vobis. Et rectè *vidiſſē*, pro, prouidiſſem,
*Conuaſaſſem*, i. cōportaſſem aut collegiſſem furtim, R cōpilaſſem, in ſarcinā cōpoſuiſſem quæ auferre mecum atque aſportare voluiſſem.
*Verba deliberantis.
*D. Ad hoc diu auditur Geta, & ipſe nō videt adoleſcētes: vt plus terroris illis incutiat, dum ſecum loquitur.
L. *Hem*, indignātis.
D. *Pro imperio*, i. imperioſé.
*D. Mirè expreſſit affectū de timore properantis.
D. *Verbo*, deeſt Vno,

G. *Fáciam.* A. *elóquere.* G. * *modò apud portum.* A. *mèumne!* G. *intelléxti.* A. *óccidi.* [G.] *hem.* { abaſſſt abaſſ
G. *Vel* abaſiſſp.

A. * *Quid agam!* P. *quid ais?* G. *hŭius patrem vidiſſe me, pátruum tuum.* { aaſitdtv aatſt
G. *Poteſt & hic videri iambicus acat.* aaſiſiap.

A. *Nam quod ego huic nunc [ſúbitò] exitio remédiũ inuéniam miſer!* dſaabdtv
*Vel [ſubito]. nam* [D] *Subito & aduerbiũ & nomen eſt. Cùm ſubitò aſſurgens fluctu nymboſus Orion.*

*Quòd ſi ĕò mĕæ fortúnæ rédeunt,* * *Phanium, abs te vt diſtrahar,* { xbſatſtv ſi
G. *Poteſt & hic eſſe iambicus,* xiſdſiſp. *& eo monoſyllabo facio,* ſiſdſiſp.

* *Nulla eſt mihi vita expetênda.* G. *ergo iſtæc cùm ita ſint A'ntipho,* ſatſſat-
G. *Vel,* ſiſiſdſi.

*Tantò magis te aduigilâre æquũ eſt:* FORTEIS FORTVNA ADIVVAT. { ſtaſſſtv ſa
G. *vel,* ſidſſſp.

A. *Non ſum apud me.* G. * *atqui opus eſt nunc, cùm máximè,* * *vt ſis A'ntipho:* iſaſtſt-

* *Nam ſi [ſénſerit te] tímidum pater eſſe* *, *arbitrábitur* ſtſaatv

*Commeruiſſe culpam.* P. *hoc verum eſt.* A. *non poſſum immutárier.* dtſſſtv

G. * *Quid fáceres, ſi [áliud quid] gráuius tibi nunc faciûndum foret?* ddſaaatv
*Vel,* ddſaidſp.
R. *Al. [aliquid],* dddtſatv.

A. * *Cùm hoc non poſſum, illud minùs poſſem.* G. *hoc nihil eſt Phædria:* * *ílicet,* { ſſxſatv ſſd

*Quid contérimus óperam fruſtra! quin ábeam!* P. *& quidem ego.* A. *óbſecro:* sbaſddt-

*Quid ſi aſſimulâbo?* * *ſatín' eſt?* G. *garris.* A. *voltum contemplámini: hem,* ſabſſſp

*Satín' ſic eſt?* G. *non.* A. * *quid ſi ſic?* G. * *propémodum.* A. *quid ſi ſic?* G. *ſat eſt.* iſſsbſſi

*Hem iſtuc ſerua: & verbum verbo, par pari vt reſpóndeas,* ſſſtſt-

*Ne [irâtus ſuis te] ſæuis dictis protêlet.* A. *ſcio.* ſtſſſt-

*Al. [te iratus ſuis]:* [C] *ſed verſus non conſtat.* [MU] *[ſuis te iratus].* tſſſſt-. [R] *[te iratus ſuis ſæuidicis dictis]* [E] *vel [verbis]* [A] ſtſaſſt-: *& [ſuis] monoſyllabo facio,* ſſiaſſt-. [R] *al. omittitur, [ſæuis], ſed perperã.*

G. * *Vi*

D. [PH.]

* D. *Patrem vidi,* dicturus Geta, præuentus eſt ab eo, quem timor intelligentem fecerat. [L] *Meúmne!* ſub. Patrem vidiſti.

* D. Iam flet Antipho, & adhuc non intelligit Phædria.

* D. Amatoria προσφώνησις per ἀποστροφήν, [L] ad affectum.

* D. Sine Phanio ſcilicet.

Sententia Virg. Audaces fortuna iuuat.

* A neceſſitate vrgente.

* D. Apud te ſubauditur.

*Al. [te ſenſerit], tum in [eſſe] non fiet eliſio, & verſus erit iambicus acat.* ſſiaaiip,

* Culpæ ſuſpicio ex timore. [L] argumentum à ſigno.

* L. A maiori fictoria confirmatio.

* Dialectica illatio à minore.

* D. Per συγκοπὴν pro ire licet. [L] q.d. abeamus [V] formula à foro ſumpta.

* Expreſſio ſimulãtis audaciam. Hæc in geſtu conſiſtũt.

* V. Id eſt, hoc vultu.

D. Et hoc non plenæ cõſenſionis eſt, quod ait Propemodum.

D. *Protelet,* protrahat, præueniat, exagitet, [L] perturbet.

ſſſtdt- G.*Vi coâctum te eſſe inuitum, lege, iudício: tenes?
dſſadt- Sed quis hic eſt ſenex, quẽ vídeo in v'ltima plátea?
A. ipſus eſt:
{ ſſaidi / ſid } *Non poſſum adéſſe. G. ah, quid' agis'! quò abis A'ntipho! mane,
iaſſſp Mane, inquam. A. *égomet me noui, & peccâtum meum:
ſliſp *Vobis comméndo Phánium, & vitam meam.
aſſſi P.*Geta quid nunc fiet? G. tu iam lites aúdies:
aſdſip Ego plectar pendens, niſi quid me feféllerit.
ſſſdp *Sed quod modò hîc nos Antiphônem monúimus,
ſdiſp Id noſmetipſos fácere opórtet, Phǽdria.
ſaſſai P. Aufer mihi Opôrtet:* quin tu quod fáciam, impera.
aſdſſi G. [Meminiſtíne] olim vt fúerit veſtra orátio,
ſaſſſp In re incipiûnda ad defendêndam nóxiam?
ſſdſap Iuſtam illam cauſſam, fácilem, vincíbilem, óptumam.
bſſaſi P. Mémini". G. hem, nunc ipſa eſt opus, aut, ſi quid [poteſt,] E. Al. [potes,] bſſaſp.
aſaiſi *Meliôre, & callidiôre. P. fiet ſéduló.
dibdſi G. Nunc prior adito tu: ego in inſídiis hîc ero
ſaſſap *Succenturiâtus, ſi quid deficies. P. age.

*D. Mira breuitas, in quo tota defenſio cõtinetur. & ſub auditur Fac reſpôdeas, aut quid tale.
*L. Fugit conſpectum patris Antipho.
*V. En quantus malæ conſcientiæ ſtimulus vrget.
*D. Amatoriè priùs Phanium quàm ſe commendat.
*L. Conſultatio.
*D. Deeſt Tamen: vt ſit, Sed tamen.
*D. Mirè ad omnia paratum ſe indicat qui Impera dicat ſeruo.
Mu. [meminiſtín], aidſſi.
D. Noxiam, nunc culpã, aliàs pœnã: & eſt ἐπένθεσις ab eo quod eſt Noxã: & hoc factum eſt propter iambum.
" D. Bene Meliore & callidiore, quia tunc proluſio fuit, nũc ipſum præliũ.
* L. Tranſlatum à militaribus ordinibus, & ſubſtitutum ſignificat.

## [ACT. II. SCEN. I.] Mu. [ACT. I. SCEN. V.]

ARG. D In hac ſcena accuſatio eſt & contradictio per remotiuam qualitatem. ergo controuerſia. atque hîc exemplum vitæ eſt: in quo ſpectatur nullam eſſe tam iuſtam, & grauem iracundiam patris, quæ non & fiducia defenſoris, & interuallo temporis euaneſcat. P In primis itaque Demipho ſtomachatur de filii nuptiis, hæſitans quídnam rerum agat. Tum factum Antiphonis Phædria apud patrem facetiſſimè defendit. Huic Geta quoque adſtipulatur, & idem expiando factum, ſeni inſultat, irridétque. Poſtremò Phormionem Demipho conuenire decernit, vt iniuriam cum eo expoſtulet, B qui ducẽdæ puellæ author fuerit. V Senem igitur inducit ob filii peccatum ira æſtuantem, attamen non implacabilem. Eſt autem ſtatus iuridicialis, in quo de iure facti quæſtio eſt. Theſes 1 Vxor ducenda eſt iuſſu & conſenſu parentum. 2 Patris authoritas non eſt eleuanda. 3 Legibus cedendum eſt, ſed non decet ſcientem & conſentientem aduerſariis cauſam tradere. 4 Subitanea & inſperata mala magis lædunt. 5 Prudentis eſt & futuris malis præuidere. 6 Seruiles

pœnæ

UNED

pœnæ ſeruis ſunt præmeditatæ. [M] Prudẽtis hominis conſilia qualia eſſe debeant, docet hæc ſcena. Nam ita quiſque, qui in hac vita tranquillè viuere cupiat, ſe gerere debet, vt pericula, turbas & commotiones quæ obuenire poſſunt, longè anteà præuideat & cogitando ſuperet, quàm ea ipſa eueniant. Nam, vt vulgò iactatum eſt, iacula præuiſa minùs feriunt. Cicero libro tertio Tuſculan. quæſt. Præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ venientia lõgè antè videris. Itaque apud Euripidem à Theſeo dicta laudantur (Licet enim, vt ſæpe facimus, in Latinũ illa conuertere) Nã quũ hæc à docto meminiſſem viro, Futuras mecum cõmentabar miſerias. Aut mortem acerbã, aut exilii mœſtam fugã, Aut ſemper aliquam molẽ meditabar mali, Vt ſi qua inuecta diritas caſu foret, Ne me imparatum cura laceraret repens. Quod autem Theſeus à docto ſe audiuiſſe dicit, id de ſeipſo loquitur Euripides. Fuerat enim auditor Anaxagoræ, quem ferunt nuntiata morte filii dixiſſe, Sciebam me genuiſſe mortalem. Quæ vox declarat, his eſſe hæc acerba, à quibus non fuerint cogitata. Ergo id quidem non eſt dubium, quin omnia quæ mala putentur, ſint improuiſa grauiora. Itaque quanquam non hæc vna res efficit maximam ægritudinem, tamen quoniam multum poteſt prouiſio animi, & præparatio ad minuendum dolorem, ſint ſemper omnia homini humana meditata. Et nimirum hæc eſt illa præſtãs & diuina ſapientia, & perceptas penitus, & pertractatas humanas res habere, nihil admirari cùm acciderit, nihil antè quàm euenerit non euenire poſſe arbitrari.

*Verſ. gen. Iambici acatalectici omnes: duo & viginti primi octonarij ſiue tetrametri: ſequentes deinde ſenarij ſiue trimetri.*

## DEMIPHO *ſenex*. GETA. PHAEDRIA.

Turbæ gliſcũt pater enim aduenies queritur de filii peccato.
*D. Rara ἀποσιώπησις: nã nõ ſequitur Sed: intulit enim Age. Subauditur autem Reuereri.
*D. Sub. Adire per uenit, à quo auſpicaturum accuſationem putarã. Hæc ſecũ, & ironicôs. *Al. [mihi?] & [coêgit:]*
*D. Vinci poteſt qui partem defenſionis admittit.
*L. Totum ironicôs in ſenem.
*D. Præparatio futuræ defenſionis.
* Amplificat querelam.
*A.u. [accidit.]*

